This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

B 3 886 205

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF CALIFORNIA.

Accession 89304 *Class* 750
C82
S
v. 28

CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE

BORUSSICAE

CONTINUATA.

HISTORIA POLITICA ET PATRIARCHICA CONSTANTINOPOLEOS. EPIROTICA.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXLIX.

HISTORIA

POLITICA ET PATRIARCHICA

CONSTANTINOPOLEOS.

EPIROTICA.

RECOGNOVIT

IMMANUEL BEKKERUS.

BONNAE

IMPENSIS E.D. WEBERI

MDCCCXLIX.

ΙΣΤΟΡΙΑ ΠΟΛΙΤΙΚΗ

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ.

89304

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

ΙΣΤΟΡΙΑ ΠΟΛΙΤΙΚΗ

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ἀπὸ τοῦ ,ατϛα' ἕως τοῦ ,αφοη' ἐτους Χριστοῦ.

HISTORIA POLITICA

CONSTANTINOPOLEOS

a 1391 usque ad 1578 annum Christi,

Latina a Martino Crusio, Tubing. professore, facta.

Βασιλεύοντος τῆς Κωνσταντινουπόλεως τοῦ βασιλέως Ῥω- Turco-
μαίων κυρίου Μανουὴλ τοῦ Παλαιολόγου, κατὰ τὸ ἑξακισχι- graeciae
λιοστὸν ἐννακοσιοστὸν ἔτος, ἡ μὲν δύναμις τῆς πόλεως ταύ- 1
της ἠλάττωτο, ἡ δὲ τῶν Ἀγαρηνῶν ηὔξανε καὶ ἐπληθύνετο
κρίμασιν οἷς οἶδε θεός. ὅθεν ὁ κυριεύων οὗτος βοηθείας
δεόμενος δεῖν ἔκρινεν εἰς Ἰταλίαν καταφυγεῖν καὶ δεηθῆναι
τοῦ πάπα καὶ τῶν ἐκεῖ ἀρχόντων τοῦ λαβεῖν τινὰ βοήθειαν
καὶ ἀποδιῶξαι τὸ ἐλευσόμενον καὶ προορώμενον κακόν. ἀπελ-
θεῖν δὲ βουλόμενος ἀφῆκε τοποτηρητὴν αὐτοῦ τὸν κύριον
Ἰωάννην τὸν ἀνεψιὸν αὐτοῦ, οὗ δὴ τὸν πατέρα Ἀνδρόνικον

Imperante apud Constantinopolitanos Romano rege Manuelo Palaeologo (qui tunc annus mundi sexies millesimus et nongentesimus erat) urbis huius vires diminutae erant, Agarenorum autem potentia, nescio quo dei iudicio, subinde in maius crescebat. quapropter ille rex, opis indigens, ad Italiam sibi confugiendum iudicavit, et pontificem maximum Italosque principes auxilii alicuius ad malum adventans, quod praevidebatur, propulsandum impetrandi causa appellandos. cum itaque profectionem adornaret, loco suo interea imperio gubernatorem reliquit Ioannem, suum e fratre nepotem, cuius patrem Andro-

ὁ πάππος ἐξετύφλωσε διὰ τὸ νεωτερίσαι καὶ τὰ πέριξ πολλὰ κακοποιῆσαι συνοπαδὸν καὶ σύμψηφον κτησάμενον Μουσᾶν τζελεπῆν υἱὸν τοῦ σουλτάνου Ἀγαρηνῶν, ὃν καὶ ὁμοίως συλληφθέντα, τοῖς αὐτοῖς ἐνεχόμενον, ὁ ἴδιος πατὴρ ἀπέκτεινε, τιμωρησάμενος καὶ οὗτος τὸν τοιοῦτον τῆς τόλμης.

Καταπλεύσαντος δὲ τοῦ βασιλέως τούτου καὶ εἰς Ἰταλίαν ἀπελθόντος καὶ πολλὰ δεηθέντος, ὑπέσχετο μὲν αὐτῷ ὅ τε πάπας καὶ οἱ λοιποὶ δοῦναι βοήθειαν, οὐκ ἔδωκαν δὲ ὡς τὰ τέλει ἔδειξε, προφασισάμενοι ὅτι ὁ βασιλεὺς οὗτος ἐν μιᾷ τῶν ἑορτῶν οὐ κατεδέξατο προσκυνῆσαι τὸ ὑπομάνικον τῆς δεξιᾶς τοῦ χωρεπισκόπου, ὑφαντῶς ἐπάνω κοσμούμενον τὴν εἰκόνα Χριστοῦ. ὅθεν ὁ πάπας λαβῆς τυχὼν ἔγραψε πᾶσι τοῖς Ἰταλοῖς "βασιλεῖ Ῥωμαίων, μὴ καταδεξαμένῳ προσκυνῆσαι τὴν εἰκόνα Χριστοῦ, ὅστις βοηθήσει, ἔσται ἀσυγχώρητος." τὰ τοιαῦτα δὲ ἐνωτισάμενος ὁ μεγάλαις τρεφόμενος ταῖς ἐλπίσιν ἀνεχώρησεν ἐξ αὐτῶν καὶ εἰς Βενετίαν προσέδραμε, διαπραξάμενος οὐδὲν ὧν χάριν κατῆλθε καὶ ἐδεήθη ὁ χριστιανικώτατος οὗτος βασιλεύς.

Ἐν τούτοις δὲ ὄντος, καὶ ἀκούσαντος ὅτι ἐτελεύτησεν ὁ σουλτὰν Μεχεμέτης ὁ υἱὸς σουλτὰν Μπαγιαζίτου τοῦ Ἰλτιρίμ, καὶ ἔλαβε τὴν ἡγεμονίαν ὁ τούτου υἱὸς σουλτὰν Μουράτης, ὃς εἶχε καὶ ἀδελφὸν Μουσταφᾶν, ἀνῆλθε, καὶ τὴν

nicum avus caecaverat, quod novis rebus studens passim finitimis locis damna intulisset, ad id comite socioque usus Musa Zelepe, Agarenorum regis filio; quem item pater suus, ut parium facinorum reum, comprehensum, de suscepta audacia puniens, interfecerat.

Cum igitur imperator Manuelus nave conscensa in Italiam pervenisset de subsidioque magnopere sollicitasset, promisit quidem id ei pontifex ceterique proceres: sed praestitum non fuit, sicut exitus declaravit. causa praetexebatur, Manuelum die quodam festo venerationem imaginis crucifixi Christi, in dextera manica chorepiscopi intextae, recusasse. unde causa pontifex arrepta Italis omnibus scripsit, quicunque imperatori Graeco, qui noluisset imaginem Christi adorare, auxilium ferret, eum a sacrorum communione sine venia exclusum iri. quibus ille auditis, qui magna spe pastus fuerat, ab eis discessit Venetiasque cucurrit. sed nec ibi quicquam eorum impetravit ob quae venerat, quae necessitate compulsus petiverat, Christianae pietati deditissimus imperator.

1419 Cum in his esset, audito mortuum esse regem (sultanum vocant) Mechemetam, qui Baiazita, cognomento Iltirimo, natus erat, illique in regno successisse filium Muratam, cui frater erat nomine Mustaphas, a peregrinatione illa Cpolim, nihil eorum consecutus propter quae exi-

Κωνσταντίνου, ἄπρακτος ὢν κατῆλθε, κατέλαβε. συνέβη δὲ ὅτι ὁ Μουσταφᾶς οὗτος ἔφυγε καὶ εἰσῆλθεν ἔνδον τῆς πόλεως, καὶ ὑπεδέξαντο αὐτὸν ἀυπασίως οἱ ἐν τῇ πόλει, καὶ δέδωκαν αὐτῷ εἰς γυναῖκα τὴν θυγατέρα τοῦ Ντόρια εὐγενοῦς τινὸς Γενουβίτου, ἥτις ἦν ἐγγόνη τοῦ βασιλέως τούτου Μανουήλ· ἡ γὰρ ἐκ πορνείας αὐτῷ θυγάτηρ Ζαμπία ἔτεκεν αὐτὴν συναφθεῖσα τῷ Ντορίᾳ τούτῳ γνώμῃ βασιλικῇ. ὠνόμασαν δὲ ταύτην, τὸ καινὸν συνοικέσιον ποιήσαντες, κυρὸν τῆς ἀνατολῆς, ξένῳ ὀνόματι καὶ ἀθλίῳ. διαπεράσαντες γὰρ αὐτὸν οἱ Βυζάντιοι ἐν ἀνατολῇ μετὰ στρατιωτῶν καὶ δορυφορίας, ὑπέκυψαν αὐτῷ πολλοί· καὶ κάστρα καὶ χώρας ἔλαβε καὶ ἐκαθέζετο ἐν τῇ Προύσῃ. πληροφορηθεὶς δὲ ταῦτα ὁ τούτου ἀδελφὸς σουλτὰν Μουράτης ἀπὸ Καλλιουπόλεως κρυφίως διεπέρασεν εἰς Προῦσαν, καὶ καταλαβὼν τὸν Μουσταφᾶν τοῦτον ἐν βαλανείῳ λουόμενον, μεθύοντά τε καὶ σπαταλῶντα, εἰσπηδήσας αἴφνης αὐτὸν ἀπέπνιξε, καὶ οὕτως ἐκυρίευσε δύσεως καὶ ἀνατολῆς. ὠργίσθη δὲ τοῖς Βυζαντίοις καὶ ἐκάκου παντοιοτρόπως, καθ' ἑκάστην ἁρπάζων καὶ λεηλατῶν τὰ πέριξ καὶ ὅσα ἔμειναν ἔτι καὶ ἦσαν τῆς ἀθλίας πόλεως. παρακαθήμενος δὲ ἔμεινε τριετίαν ὡς θηρίον δεινόν, μὴ ἀμελῶν τὰ κατὰ δύναμιν· ὅμως οὐδὲν ποιῆσαι ἠδυνήθη. λοιπὸν δὲ λοιμῷ καὶ λιμῷ περιπεσόντων ἑκατέρωθεν παρῃτή-

8. κενὸν C

verat, rediit. venerat hic Mustaphas profugus in eandem urbem ibique benigne exceptus fuit; cui etiam in matrimonium data est cuiusdam ex nobili familia Genuatium Auriarum filia, neptis regis Manueli. huic enim Auriae nupta erat de voluntate regis spuria huius filia, nomine Zampia, mater illius sponsae. quo inani coniugio facto eam appellarunt dominam Orientis, nomine inusitato inauspicatoque. nam cum Byzantini Mustapham exercitu et satellitibus comitatum in orientem traduxissent, multi quidem se ad eius ductum applicaverunt, ipseque complura castra et oppida cepit, inque civitate Prusa consedit. sed his cognitis frater eius Murata, occulte a Callipoli in Asiam traiectus, Prusam pervenit; ubi Mustapham in balneo lavantem, vino et deliciis languentem, repentino adventu oppressum suffocavit. hoc modo occidentis orientisque dominatum adeptus fuit. infensus autem Byzantinis, quibuscunque potuit maleficiis affecit, nullo die praetermisso quo non rapinas praedasque circumcirca ageret ex miserae urbis, quae parvae restabant, reliquiis. eam etiam triennium obsidens, ad ferocis belluae instar, nullum insultum ad expugnandum sibi reliquum fecit. nihil tamen effecit: Tandem enim, sublatis pestilentia et fame utrinque multis, bello finis, pace et foedere

σαντο πολεμεῖν, καὶ εἰρήνην ἐποιήσαντο καὶ συνθήκας καὶ ὅρκους τοῦ μὴ πορευθῆναί ποτε κατὰ τῆς πόλεως.

Τούτων δὲ οὕτως ὄντων ἐτελεύτησε καὶ ὁ βασιλεὺς οὗτος ὁ Μανουὴλ ὁ Παλαιολόγος, βασιλεύσας ἔτη, ὡς λέγεται, εἴκοσι πέντε, καταλείψας τὴν βασιλείαν τῷ υἱῷ αὐτοῦ κυρίῳ Ἰωάννῃ τῷ Παλαιολόγῳ. ὃς ἔχων γυναῖκα πλουσίαν ἀπὸ Λουμπαρδίας οὐδ' ὅλως ἠγάπησεν αὐτήν, ἄλλαις προσέχων· ὅθεν καὶ πρὸς τὸν ἴδιον ἐπαλινδρόμησε πατέρα, καὶ οὗτος ὡς φυγοῦσαν παρὰ βασιλέως ὅλως ὡς ἔδει φιλικῶς οὐκ ἀπεδέξατο· ἦν δὲ καὶ πόρνος οὗτος ὁ πατὴρ αὐτῆς πολλά, ὡς ἐλέγετο· ὅθεν καὶ τοῦ ἰδίου οὐκ ἐφρόντισε τέκνου, ἀλλ' ὀλιγώρως εἶχε.

Βασιλεύων δὲ ὁ ῥηθεὶς Μουράτης καὶ τοῖς ὅρκοις ἐμμένων, καὶ ὢν ἐν Ἀδριανουπόλει, καὶ βουληθεὶς στρατεῦσαι κατὰ Θεσσαλονίκης, καὶ ἀξιωθεὶς παρὰ τοῦ βασιλέως τούτου 3 Ἰωάννου τοῦ Παλαιολόγου παύσασθαι τοῦ κατὰ τῆς Θεσσαλονίκης πολέμου, ἀπεκρίθη ὅτι εἰ μὲν ὑπῆρχεν, ὦ φίλε, τῆς βασιλείας σου νῦν ὑποτεταγμένη, οὐκ ἂν ἐπορεύθην· ἐπεὶ δὲ ἔστι τῶν Βενετίκων, πορεύομαι κατ' αὐτῆς, ὅπως, ἢν θεὸς θέλῃ, πορθήσω καὶ δουλώσομαι ταύτην. ὑπῆρχε δ' αὕτη ἡ Θεσσαλονίκη πρὸ καιροῦ τῶν Βενετίκων, ὡς ταύτην ἀπεμπολήσαντος Ἀνδρονίκου τοῦ υἱοῦ Μανουὴλ τοῦ Παλαιολόγου, ὃς ἔσχεν υἱοὺς ἕξ, Ἰωάννην, Θεόδωρον, Κωνσταντῖνον, Ἀνδρόνικον, Δημήτριον καὶ Θωμᾶν, πᾶσι δὲ ἔδωκε τόπους εἰς διατροφήν· ὅθεν

iureiurando firmatis nunquam amplius urbem oppugnatum iri, factus est.

1421 Hoc rerum statu ita se habente finem etiam vivendi imperator Manuelus Palaeologus fecit, postquam imperio, ut fertur, annos viginti quinque praefuisset, relicto successore filio Ioanne. habebat hic divitem uxorem ex Insubria: sed amoribus aliarum deditus prorsus non amabat hanc. indignata itaque ad patrem suum rediit; qui, ut a rege fugitivam, minime ea caritate qua debuit excepit. dicebatur autem ipsum etiam multum meretriciis amoribus indulgere; quae causa fuit ut suos liberos curae non habuerit.

Cum ita, ut diximus, regnaret Murata et in foedere Graecorum maneret, atque Adrianopoli vivens expeditionem adversus Thessalonicam agitaret, rogatus fuit ab imperatore Ioanne, desisteret a bello Thessalonicensibus inferendo. cui ipse "si esset" inquit "illa civitas regno tuo subiecta, abstinerem, amice, hac expeditione. quia vero dicionis Venetorum est, ibo contra, et deo bene iuvante expugnatam mihi subiiciam." facta fuerat illa ante tempus Venetorum iuris, vendita ipsis ab Andronico Palaeologo, Manueli filio. habuit enim hic sex filios, Ioannem Theodorum Constantinum Andronicum Demetrium

καὶ τῷ δυστυχεῖ Ἀνδρονίκῳ τὴν Θεσσαλονίκην, ὃς πεσὼν τῷ πάθει τῆς ἐλεφαντιάσεως ἐπώλησεν αὐτὴν τὴν περιφανῆ Θεσσαλονίκην διὰ χιλιάδας χρυσίνων πεντήκοντα, ἐξ ὧν, τὰ μὲν τοῖς κόλαξιν ἐδωρήσατο τοῖς μετ' αὐτοῦ, τὰ δὲ μείναντα λαβὼν ἀπῆλθεν ἔν τινι μοναστηρίῳ τοῦ ἁγίου ὄρους, καὶ ἐκεῖ τὸ ζῆν ἐξεμέτρησεν.

Ἀπελθόντος οὖν κατὰ Θεσσαλονίκης τοῦ σουλτὰν Μουράτη τούτου καὶ πολιορκήσαντος αὐτήν, ἐκυρίευσε ταύτης πολέμῳ, ἀπέκτεινε δὲ πλῆθος Γραικῶν, οἵτινες ἀντέστησαν αὐτῷ ὅλως προσκυνῆσαι μὴ βουληθέντες, εἰ καὶ πολλὰ ὑπισχνεῖτο αὐτοῖς. οἱ δὲ Λατῖνοι ἔφυγον κρυφίως, γυναικῶν δίκην, ὀλίγοι ὄντες. ἔπαθον δὲ οἱ αὐτόχθονες Θεσσαλονικεῖς πολλὰ δεινά, φόνους, αἰχμαλωσίας, τὴν ἐκ τόπου εἰς τόπον ἀπεμπόλησιν, τὸν χωρισμόν, τὸν ἐν ἀνατολῇ καὶ δύσει σκορπισμόν, τὴν ἀποβολὴν τῆς φίλης πατρίδος καὶ ἄλλα ὅμοια, θηρίων ἀγρίων ἐπικειμένων τῶν ἀσεβῶν αὐτοῖς.

Δουλώσας δ' οὐ μόνον Θεσσαλονίκην ἀλλὰ καὶ τὰ πέριξ αὐτῆς ἔτει ϛϡλζ ἀπὸ κτίσεως κόσμου, Σερβίας φημί, Βουλγαρίας τῆς γείτονος καὶ ἄλλων πολλῶν (ὡς θεοῦ παραχωροῦντος ἐκ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν καὶ οὐδενὸς ὄντος τοῦ κωλύοντος, ἀλλ' ἐρήμην διώκοντος καὶ πολεμοῦντος οὐδενὸς ἀν-

et Thomam; quibus singulis certa loca, unde vitam sustentarent, assignavit. infelici itaque Andronico Thessalonicam, qui in lepram, quam elephantiasin vocant, delapsus illam illustrem urbem quinquaginta milibus aureorum vendidit. de quibus parte suis adulatoribus donata, cum reliquo in quoddam sancti montis monasterium abiit; ubi vitae cursum emensus obiit.

Profectus cum exercitu rex Murata Thessalonicam oppugnavit, eamque vi cepit, magno numero Graecorum occiso: noluerant enim ullo modo deditionem facere quamvis magna pollicito, sed ad extremum usque spiritum restiterant. at Latini, qui numero pauci inerant, feminarum modo clam aufugerunt. acciderunt indigenis Thessalonicensibus multa gravissima, caedes, captivitates, in alia ex aliis locis venditiones, carorum inter se distractiones, per Orientem Occidentemque dispersiones, dulcis patriae amissio et alia generis eiusdem, nullo crudelitatis genere ab impiis, ceu ferocissimis bestiis, praetermisso.

Redacta hoc modo in servitutem non tantum Thessalonica, sed aliis passim oppidis (quo tempore annus mundi numerabatur sexies millesimus nongentesimus trigesimus septimus) Serviae atque vicinae Bulgariae et aliarum regionum multarum (dei nimirum concessu, ob punienda peccata nostra, cum, nemine prohibente, nemine armis resistente, nisi paucissimis iisque infirmis, omni praesidio destituta desertaque persequeretur) reversus est, aliorum insuper devorationem

θισταμένου ἢ ὀλίγων πάνυ καὶ ἀσθενῶν) ἐπανῆλθεν, ἄλλα καταφαγεῖν μελετήσας ὁ ἄγριος θήρ. πλὴν τῷ φαινομένῳ ἔμενεν εἰρηνεύων, τῇ δ' ἀληθείᾳ καιρὸν ἦν ζητῶν καὶ πρόφασίν τινα.

Ταῦτα δὲ καὶ τὰ ὅμοια ὁ βασιλεὺς σκοπῶν, πῶς ὁ τῆς Ἄγαρ ἄγριος κύων ἐδούλου τὰς πόλεις, τὰς μὲν μετ' εὐλόγου προφάσεως, τὰς δὲ λόγοις κολακείας ψευδέσιν, ἄλλας δὲ ἐξ ἁρπαγῆς, πάντα λίθον κινῶν καὶ δολιευόμενος, ἀεί τι καταφαγεῖν βουλόμενος, ἐβουλεύσατο ὅπως πορεύσηται ἐν Ἰταλίᾳ καὶ ἐπαναγκάσῃ γενέσθαι ἕνωσιν μετὰ Λατίνων, καὶ οὕτω λάβῃ βοήθειαν μερικὴν καὶ τὸν Ἀγαρηνὸν ἀπωδιώξῃ. γράψας οὖν πρὸς τὸν πάπαν, Εὐγένιος ἔστερξε μετὰ χαρᾶς συγκροτηθῆναι τοῦτο καὶ γενέσθαι εἰρήνην καὶ ἕνωσιν, εἰ δυνατόν, πέμψας δαπάνην καὶ πλοῖα χρειώδη. οὐ μόνον δὲ ὁ πάπας ἀλλὰ καὶ οἱ καρδινάλιοι καὶ ἄλλοι ἐπεθύμουν τὴν ἕνωσιν κατορθωθῆναι, ὡς πολλάκις βουληθέντων, κατορθωσάντων δὲ οὐδέν, πολλῶν σκανδάλων ἀναφυομένων. διεμηνύσατο οὖν ὁ βασιλεὺς τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς σπουδαίοις καὶ λόγου καὶ μαθημάτων μετόχοις, καὶ ἦλθον ἐν Κωνσταντινουπόλει ὅ τε Τραπεζοῦντος μετὰ τοῦ φιλοσόφου Ἀμυρούτζη, ὁ Νικαίας Βησσαρίων, ὁ Ῥωσσίας, Γεμιστὸς ὁ φιλόσοφος καὶ ἄλλοι λογάδες· καὶ συνάξεως γενομένης μετὰ τοῦ πατριάρχου

insatiabilis fera animo agitans. attamen speciem quidem praebuit pacem colentis: re autem vera occasionem et causam aliquam quaerebat.

Haec et his similia imperator cernens, quomodo immanis iste Agara ortus canis urbes subigeret, quasdam praetextu speciem habente, nonnullas verbis lenibus et falsis promissis, alias vi atque oppressione, omnem lapidem, ut dici solet, movens, nullum dolum omittens, semper aliquid devorare cupiens, de proficiscendo in Italiam consilium cepit, et constituendo quamlibet difficili cum Latinis religionis consensu, ut hoc modo aliquibus subsidiis comparatis Agarenum propulsaret. qua de re cum ad papam Eugenium scripsisset, huic res auditu iucunda fuit, de concilioque conflando cogitavit, in quo una ex duabus concors ecclesia efficeretur, si fieri posset. ita-
1439 que et sumptus misit navesque necessarias. nec papa modo, sed etiam cardinales et alii consensionis cupidi erant, quippe quam saepe tentassent, sed nihil profecissent multarum offensionum incursu. significavit igitur imperator dicionis suae principibus sacerdotibus et viris studio literarum deditis eruditionisque laude praestantibus; qui Constantinopolim advenerunt. horum praecipui erant Trapezuntius, philosophus Amyrutza, Nicaeae Bessario, Russiae Isidorus, Gemistus Pletho philosophus, et alii delecti. qui cum ad sa-

κυρίου Ἰωσήφ, ὃς καὶ ἐν Φλωρεντίᾳ ἐτελεύτησε, καὶ λειτουργίας γενομένης ἐν τῷ μεγίστῳ ναῷ τῆς τοῦ θεοῦ λόγου σοφίας ἐμελέτησαν καὶ ἐκύρωσαν ἀποπλεῦσαι, χειροτονήσαντες ἔξαρχον τῆς συνόδου Μάρκον τὸν εὐγενικόν, τὸν Ἐφέσου μητροπολίτην. κατελθόντες οὖν καὶ ἐκεῖ ἀπελθόντες καὶ συνελεύσεις ποιήσαντες καὶ διετίαν ὅλην ἐνδιατρίψαντες ἐποίησαν μὲν ἕνωσιν, ὡς τὰ Πρακτικὰ τῆς ἐν Φλωρεντίᾳ ταύτης λεγομένης ὀγδόης συνόδου λέγει, τέλος δὲ χρηστὸν οὐδέν, ὅλως τοῦ Ἐφέσου μὴ ὑπογράψαντος, ἀλλὰ καὶ λογομαχίας καὶ αὖθις κινησάντων πολλῶν, ὅτε εἰς τὴν Κωνσταντίνου ἐπανῆλθον. ὅθεν οὐδεμία ἐγένετο βοήθεια, ἀλλὰ τὸν Ὕλαν ἔκραζον καιρὸν τόσον.

Ἐπανελθόντων δὲ ἀπὸ Ἰταλίας κατέλαβεν ὁ βασιλεὺς τὴν ἑαυτοῦ φιλτάτην γυναῖκα Μαρίαν τὴν Καντακουζηνὴν οὐκ ἐν ζῶσιν ἀλλὰ τελευτήσασαν πρὸ καιροῦ· καὶ οὕτως οὗτος μὲν ἐν λύπῃ ἦν. οἱ δὲ ἐν τῇ πόλει κληρικοί, ἱερομόναχοι, ἱερεῖς, ἡγούμενοι, πνευματικοὶ καὶ οἱ λοιποὶ οὐκ ἤθελον συλλειτουργῆσαι τοῖς ἐλθοῦσιν ἢ μνημονεῦσαι αὐτούς, ἀλλ' ἐχωρίζοντο αὐτῶν ὡς ἀσεβῶν εἰπεῖν. πολλοὶ δὲ παρῃτήσαντο καὶ τὴν ἱερωσύνην. καὶ γέγονεν ἡ ἕνωσις διαίρεσις. οὕτω δὴ φερομένων τῶν ἐκκλησιαστικῶν ὡς ἔτυχεν, καὶ μὴ ὄντος

8. *συνόδου* add A

crum faciendum cum patriarcha Iosepho, qui postea Florentiae diem suum obiit, convenissent, liturgia in maximo divini logi sapientiae templo peracta navigare inde decreverunt, exarcho seu inceptore synodi designato Marco Eugenico, Ephesi metropolita. delati in Italiam cum ad Latinos venissent, post plures congressus et integri biennii moram sane unionem seu consensum fecerunt, quemadmodum acta Florentinae huius, quae octava nominatur, synodi perhibent: sed exitu nullo bono, eo quod subscribere recusaret Ephesius, et verborum concertationes, postquam Cpolim rediissent, alias denuo multi sererent. ea causa fuit nullius postea summissi auxilii: sed Hylam, ut proverbio dicitur, tanto tempore clamaverant.

Postquam ex Italia domum reditum fuit, repperit imperator suam, quam summe dilexerat, coniugem, Mariam Cantacuzenam, non amplius in vivis sed ante tempus vita defunctam. ita hic quidem in luctu erat. qui vero in urbe degebant clerici, hieromonachi, sacerdotes, abbates, confessionibus audiendis praepositi (pneumatici dicti) ac ceteri, ii nolebant liturgias et sacra cum illis qui venerant celebrare aut in precibus mentionem ipsorum facere, sed ab eis recedebant, tanquam qui pietatem, ut ita dicam, abiecissent. multi sacerdotio etiam renuntiarunt. denique unitatem divisio, concordiam discordia consecuta est. ad hunc modum iactato temere ecclesiae statu

πατριάρχου διὰ τὸ τελευτῆσαι ἐκεῖ, ἄλλου δὲ προβιβασθῆναι μὴ θέλοντος διὰ τὸ σκάνδαλον (ἦν γὰρ οὐκ ὀλίγον), οὕτως ἔμενον τεταραγμένοι. ὁ Νικαίας δὲ Βησσαρίων καὶ ὁ Ῥωσσίας ἔμειναν ἐν τῇ Ῥώμῃ. καὶ ἐγένετο καὶ καρδινάλιος ὁ Βησσαρίων, τιμὴν καὶ δόξαν δεξάμενος καὶ τὸ ἀσκανδάλιστον ἀσπαζόμενος.

Ἦν δὲ ἐν Κωνσταντινουπόλει τις ἁγιώτατος πνευματικός, λεγόμενος Γρηγόριος ἡ μαμμή, σύντεκνος τοῦ μεγάλου δουκός. ἅπαντες οὖν αὐτὸν καὶ μὴ θέλοντα εἰπεῖν ἐποιήσαντο καὶ ἀνηγόρευσαν πατριάρχην· ὃς καὶ τὸ σκάνδαλον αὐξανόμενον ὁρῶν καὶ τὴν ἅλωσιν προλέγων παρῃτήσατο, προειπὼν καὶ τῷ ἰδίῳ συντέκνῳ τῷ μεγάλῳ δουκὶ ὡς οἱ Ἀγαρηνοὶ σφάξουσι τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ἔμπροσθεν αὐτοῦ, ὃ καὶ γέγονεν ὕστερον, ὡς ὁ ἅγιος ἄνθρωπος προεῖπεν.

Ὁ βασιλεὺς δέ, πεσὼν ἐν νόσῳ δεινῇ τῇ τῆς ἀρθρίτιδος, ἔκειτο πάσχων μεγάλως· ὁ σουλτᾶνος δὲ Μουράτης, ὡς κορεσθεὶς πλούτου καὶ δόξης, καταλιπὼν τὴν ἡγεμονίαν πρὸς τὸν υἱὸν σουλτὰν Μεχεμέτην, τὸν ἐν Μαγνησίᾳ διατρίβοντα αὐτὸν μὲν μετεκαλέσατο καὶ ἔστησε βασιλέα, αὐτὸς δ' ὁ πατὴρ σουλτὰν Μουράτης πορευθεὶς ἐν ταύτῃ τῇ Μαγνησίᾳ καὶ ἀνοικοδομήσας ἀνάκτορα ἴδια ἰδίαζεν ἐντὸς τούτων καὶ ἔζη βίον εἰρηνικὸν ὡς γηραιὸς ἔμφρων. ὁ σουλτὰν Μεχε-

et perturbato, cum patriarcha, Iosepho ill ic mortuo, nullus esset, nemo etiam, propter dissensionem ac confusionem, quae non modica erat, se ad eum honorem produci pateretur, in hac perturbatione manserunt. Nicaeae vero Bessario et Russiae antistes Romae substiterant; ubi in cardinalium ordinem Bessario cooptatus amplissimoque honore affectus concordiam et otium amplexus retinuit.

Erat Cpoli pneumaticus quidam, vitae sanctimonia praestans, nomine Gregorius Mamma, magni ducis compater. hunc arreptum patriarcham fecerunt invitum, ac renitentem renuntiaverunt. sed is dissidium in dies longius serpere videns, expugnationemque urbis praedicens, se munere abdicavit, cum quidem illi ipsi suo compatri praedixisset filios eius in conspectu ipsius ab Agarenis trucidatum iri; quod sancti viri vaticinium ipso posterius eventu comprobatum fuit.

Imperator interea, magnos articulorum dolores habens, graviter afflictus decumbebat. at sultanus Murata, satiatus et expletus opibus ac gloria rerum gestarum, regnum filio Mechemetae, qui Magnesiae commorabatur, destinavit, accersitumque regem constituit. ipse vero Magnesiam profectus proprium sibi palatium aedificavit; in quo privatus placidam et quietam vitam, ut senex pru-

μέτης δὲ νέος ὢν καὶ μείρακος τρέχων ἡλικίαν εἶχε βεζίριδας φρονιμωτάτους τόν τε Χαλιλπασιᾶν καὶ Πρεϊμπασιᾶν, ἀλλ' ὕλως οὐκ ἤκουεν αὐτῶν ἐν εὐδενί, ἐσχολάζετο δὲ κυνηγεσίοις καὶ πότοις. ἀκούσαντες δὲ οἱ τῶν Οὔγγρων ἄρχοντες ὅτι βασιλεύων ἐστὶν ἐν Ἀγαρηνοῖς νέος καὶ ἄπειρος πολέμων, ὥρμησαν κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν. τὸ πλέον δὲ ἐγένετο ἐκ μηνυμάτων τοῦ βασιλέως τῆς πόλεως πρὸς τὸν κράλη καὶ τὸν Ἴαγγον, ὃς ἦν μέγας στρατηγός, εἰπόντος ἐνόρκως τοῦ βασιλέως ὡς ἐὰν δυνηθῇς ἐκβαλεῖν τὸν ἐχθρὸν ἡμῶν ἐκ μέσου, τὸ στέμμα τῆς ἐμῆς βασιλείας θήσω ἐν τῇ σῇ κορυφῇ ὡς ἐλευθερωτὴν τῶν Χριστιανῶν καὶ τῆς πίστεως ἡμῶν στῦλον, καὶ ἕτερα ῥήματα ὅμοια ἐπαναγκάσαντα καὶ πείσαντα αὐτούς. ἔφθασαν οὖν περάσαντες ἐκ τοῦ ποταμοῦ Δάνουβι μετὰ δυνάμεως πολλῆς, λεηλατοῦντες τὰς χώρας καὶ κάστρα τῆς Βουλγαρίας. ὑπέκυψαν οὖν αὐτοῖς σχεδὸν ἅπαντα. κατελθόντες μέχρι Βάρνας αὐτῆς, παρέλαβον δὲ καὶ αὐτήν, τῶν Ἀγαρηνῶν πάτῳ καὶ κυνηγεσίοις προσεχόντων βασιλικοῖς· φιλεῖ γάρ, ὡς λέγει τις τῶν παλαιῶν σοφῶν, τὸ ὑπήκοον γνώμῃ τῇ τοῦ ἄρχοντος ἕπεσθαι καὶ βιοῦν. τούτων δὲ οὕτω τηνάλλως φερομένων, ἰδόντες οἱ βεζίριδες ὅτι καταπατηθήσεται πᾶσα ἡ δύσις μετὰ μεγάλης ὁρμῆς καὶ ἀπολεσθήσεται ἡ ἀρχὴ αὐτῶν,

2. χαλὶκ πασίας C

dens, vivebat. sultanus Mechemeta, ut adolescens, levibus pascebatur ventis. habebat is quidem visiros seu consiliarios prudentissimos, Chalilbassam et Preibassam: sed prorsus nulla in re illis obediebat, ac tantum venationibus conviviisque vacabat. Ungari itaque certiores facti rei Turcicae praepositum esse hominem adolescentem, disciplinae militaris imperitum, in bellum adversos Agarenos ruebant. id paecipue factum est imperatoris Ioannis literis et legatis ad Ungariae regem et Ioannem Huniadem, praestantissimum belli ducem. dixerat sub religione iurisiurandi imperator "si poteris hostem nostrum Europa exturbare, coronam ego maiestatis meae capiti tuo imponam, ut liberatori Christianorum et columnae religionis nostrae." addiderat et id genus alia, vim ad persuadendum habentia ipsosque cogentia. descenderunt igitur, flumen Danubium secuti, cum magno exercitu; traiicientesque in Bulgariam ex agris et oppidis praedas egerunt. cesserunt ipsis prope omnia, quocunque venirent. hoc modo Varnam usque progressi eam ipsam occuparunt, dum conviviis venationibusque Agareni exemplo regis sui indulgent. ut enim apud quendam priscorum sapientum est, quales in republica sunt principes, tales ipsi quoque solent esse cives. in hac perturbatione rerum, cum proceres Turcici viderent tanto impetu Occidentem conculcatum iri suumque imperium periturum, his de re-

διεμηνύσαντο τὸν γέροντα τὸν σουλτὰν Μουράτην, ὄντα ἐν τῇ Μαγνησίᾳ, ὡς εἴπομεν, γράψαντες πρὸς αὐτὸν οὕτως· "ὁ υἱός σου, βασιλεῦ, ἔστι νέος καὶ ἄπειρος πολέμου, καὶ ἕτερον οὐ χεῖρον, ὅτι οὐδὲ ἡμῶν τὰ συμφέροντα συμβουλευόντων ἀκούειν ἐθέλει. ὅθεν ἐλθὲ διὰ συντόμως, ὅτι κινδυνεύει ἀπολεσθῆναι τὸ ἡμέτερον γένος καὶ πεσεῖται, καὶ ἔσται ἡ ἁμαρτία ἐν τῇ σῇ ψυχῇ." ἀκούσας δὲ τοὺς τοιούτους λόγους ἦλθεν ἀντικρὺ τῆς πόλεως ἐν Χρυσοπόλει τῇ λεγομένῃ Σκούταρι. φοβούμενος δὲ διαπερᾶσαι ἦλθεν ὁ Χαλὶλ πασιᾶς μετὰ φουσάτου ἀπέναντι ἐκ τοῦ δυτικοῦ μέρους τῆς χώρας τοῦ Ἀσωμάτου, καὶ διεμηνύσατο τὸν βασιλέα ὅπως περάσῃ αὐτόν, ἵνα μὴ ἀπέλθῃ ἀπὸ Καλλιουπόλεως καὶ διαπεράσῃ καὶ οὕτω ποιήσῃ μάχην μετὰ τῆς πόλεως. ἔστειλεν οὖν ὁ βασιλεὺς κάτεργον καὶ ἐπέρασεν αὐτόν, τὴν μάχην φοβούμενος. οὕτως ἡ θαυμαστὴ γνῶσις τοῦ βασιλέως ἑκατέρωθεν ἐκράτει. πορευθεὶς οὖν ἐν τῇ Βάρνῃ συνάπτει πόλεμον μετὰ τῶν Οὔγγρων, καὶ νικῶσιν αὐτὸν παντελῶς καὶ κατὰ κράτος, ἀφανίσαντες τὰ φουσάτα δύσεως καὶ ἀνατολῆς. ἐν ᾧ πολέμῳ ἔπεσον πολλοὶ ὀνομαστοὶ καὶ μεγάλοι, ἐξ ὧν ἦν καὶ ὁ Καρατζιαπασιᾶς, μπεγλέρπεϊς ὢν τῆς ἀνατολῆς. ἐγένετο δὲ μέγας ἀφανισμὸς εἰς τοὺς Ἀγαρηνούς. ἔμεινε δὲ ὁ αὐθέντης μετὰ τῆς πόρτης τοῦ μόνης.

19. καρατζιαμπασίας C 20. μπεγλερμπεὴς C

bus sultano Muratae, quem Magnesiae solitariam vitam agere diximus, significant, literis in hanc sententiam scriptis: "filius tuus, domine, adolescens est et rerum bellicarum rudis. accedit alterum, non minus incommodum, quod nec dicto nobis audiens est utilia consulentibus. fac ergo cito venias. periculum enim est ne concidat genus nostrum et exstirpetur; cuius mali culpa tota in tuo animo residebit." his Murata perceptis Chrysopolin accessit; quae e regione Byzantii sita est, Scutaris vulgo dicta. ibi traiectum ipso metuente venit Chalilbassa cum copiis, ex adverso, a parte Occidentis, ubi Asomati dictus locus est; ex quo per nuntium monuit imperatorem, traiiceret Muratam, ne is Callipolin abiens ibi transiret, tuncque imperatrici urbi bellum faceret. metuens ergo id periculi imperator, missa trireme, illum traduxit. ita factum ut mira solertia regis utrobique superior exstiterit. profectus ad Varnam cum Ungaris acie decernit; a quibus exercitus ipsius Europaeus Asiaticusque fortissime fusus fugatusque est, multis magni nominis Turcis occisis, et inter hos Caraziabassa, Orientis bellerbeio; magnaque Saracenorum strage edita sultanus cum suo praesidio, quod porta nominatur, solo remansit.

Ἐκάθισαν δὲ εἰς βουλὴν οἱ Οὖγγροι, ὅπως πολεμήσωσι καὶ ἀντιστῶσι καὶ ἀφανίσωσι καὶ τὴν πόρταν. ὑπῆρχε δὲ ὁ Ἰαγγος ἐμπειρότατος ἐν πολέμοις. λέγει δὲ ἔμπροσθεν τοῦ κράλη καὶ τῶν ἀρχόντων "φαίνεταί μοι καλὸν ἵνα πορευθῷ ἐγὼ μετὰ ἐκλεκτῶν στρατιωτῶν ὧν ἐγὼ οἶδα. καὶ εἰ μὲν εὐδοκοῦντος θεοῦ εὐτυχήσω, τῷ θεῷ χάρις· ἐὰν δὲ γένηται τοὐναντίον, πάλιν ὁ κράλης ἵσταται μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. εἰ δὲ πορευθῇ μὲν ὁ κράλης, γένηται δέ τι ἄλλο, τί μέλλομεν γενέσθαι;" ἤρεσε δὲ ἡ τοιαύτη βουλὴ τοῦ στρατηγοῦ πᾶσιν ὡς ἀρίστη. ὁ κράλης δὲ νέος ὢν οὐκ ἤκουσε τὴν συμφέρουσαν ταύτην βουλήν, ἀλλ' ἤκουσε βουλὰς νέων, εἰπόντων αὐτῷ ὡς ἡ νίκη ἕως τοῦ νῦν σὴ ἦν· οὐδὲν γὰρ ἔμεινεν εἰ μὴ τὸ λαβεῖν ἰδίαις χερσὶ τὸν αὐθέντην Ἀγαρηνῶν. εἰ δὲ πορευθῇ ὁ Ἰαγγος, μέλλει γενέσθαι φήμη ὅτι αὐτὸς ἐποίησε τὴν νίκην. ἀκούσας οὖν τοὺς λόγους τῶν νέων, εὐθέως ἔδωκαν τὰς τοῦ πολέμου σάλπιγγας ἐξ ἑκατέρου μέρους· καὶ καβαλικεύσαντες χαρᾷ καὶ μέθῃ κάτοχοι (ἔθος γὰρ αὐτοῖς πίνειν οἶνον πολὺν καὶ μεθύσκεσθαι) ὥρμησαν ἐνώπιον πάντων οἱ πρῶτοι καὶ μᾶλλον αὐτός, δόντες αὐτοῖς δρόμον καὶ ἄδειαν οἱ λαοὶ καὶ τὰ πλήθη. ἐκ τοῦ γεγονότος οὖν σφοδροῦ πολέμου καὶ τῆς μάχης καὶ τῶν ἀπείρων φόνων ἠθέλησεν ὁ σουλτὰν Μουράτης φυγεῖν· ἐκώλυσαν δὲ αὐτὸν οἱ γενίτζαροι εἰπόντες

Consilium agitare Ungari de pugna redintegranda et porta quoque adorienda ac delenda. ibi Huniades, ut rei militaris scientissimus, ad regem et proceres verba huiusmodi facit. "mihi faciendum videtur" inquit "ut ego cum delecta militum manu, quorum virtus mihi nota est, eam. nam si deo iuvante rem feliciter gessero, gratia deo habenda erit. sin contra evenerit, salvus est rex cum exercitu suo, rebus melioribus reservatus. quodsi rege ad praeliandum profecto offensum fuerit, quod deus avertat: quid de nobis fiet?" placuit consilium optimi ducis optimum omnibus. sed rex aetate et animo iuvenili praeditus id audire, quamvis salutare, noluit: verum consiliis iuniorum auscultavit, dicentium "victoria penes te stetit, rex, hactenus; nec aliud quicquam restat nisi ut ipse tuis manibus principem Agarenum capias. at si Ioannes iverit, ei victoriae partae gloria, ut auctori, accepta referetur." probato itaque iuniorum consilio, continuo ex utraque parte tubae bellicum cecinerunt. tunc equis profecti alacres, vino ad ebrietatem hausto (quippe gens ea multum vini bibere et inebriari solet) irruerunt primi in conspectu omnium proceres, et magis ipse rex, viam eis et cursum dantibus militibus et exercitu. commissum fuit tanto animorum ardore praelium, tanta 1444
cadentium strage, ut iam fugam inire Murata vellet. sed obstiterunt Nov. 10

ὅτι χρεία ἐστὶν ἵν' ἀποθάνῃς μεθ' ἡμῶν. ὁ δὲ κράλης εὑρὼν δρόμον εἰσῆλθε πλησιάσας ἀτάκτως τῷ σουλτάνῳ. εἷς οὖν τῶν γενιτζάρων ὀνόματι Χαμουζᾶς κρούσας τοὺς ἐμπροσθίους πόδας τοῦ ἵππου μετὰ πελέκυος ἀπέκοψεν αὐτούς· καὶ πεσὼν ὁ ἵππος πλησίον τοῦ σουλτάνου ἔρριψε τὸν κράλην· καὶ πιάσαντες αὐτὸν ἀπέτεμον τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ θέντες αὐτὴν ἐπάνω δόρυος ἠλάλαξαν. εὐθέως δὲ εἰς τοὖπισθεν ἔδραμεν ὁ λαὸς τοῦ κράλη ἅπας, οὓς καὶ κατεδιώξαντες οἱ Ἀγαρηνοὶ τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ ἔλαβον αἰχμαλώτους. οἱ πλείονες δὲ αὐτῶν διωκόμενοι ἀπεπνίγησαν ἐν τῇ λίμνῃ τῇ πλησίον Βάρνης. ταῦτα ἐποίησεν ἡ κακοσυμβουλία. ὁ δὲ Ἰαγγος προϊδὼν τὸ ἐσόμενον ὡς στρατιώτης δι' ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησεν ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι. καὶ οὕτω τοιοῦτον τέλος ἔσχυν οἱ πόλεμοι αὐτῶν καὶ αἱ συμπλοκαί.

Ὁ σουλτὰν Μουράτης ἐπιστρέψας νικητὴς καὶ τροπαιοῦχος, ἐποίησε τὸν γενίτζαριν τὸν Χαμουτζᾶν σιαντζιάκπεϊν Φιλαδελφίας, ἀπέστειλε δὲ τὸν σαυλτὰν Μεχεμέτη τὸν υἱὸν αὐτοῦ πάλιν ἐν Μαγνησίᾳ, ὅπου καὶ πρῶτον ἦν, αὐτὸς δὲ παραλαβὼν πᾶσαν τὴν βασιλείαν ἐκάθητο ἐν Ἀδριανουπόλει, μένων ἐν εὐημερίᾳ καὶ ἐντρυφῶν. μετὰ δὲ παραδρομὴν ἐτῶν τριῶν ἐτελεύτησε ταφεὶς ἐν τῇ Προύσῃ, βασιλεύσας ἔτη τριάκοντα δύο.

16. σαντζάκπειν C 21. τριάκοντα δύο add A

Ianizari, dicentes "manendum tibi est, et nobiscum moriendum." rex, via ferro patefacta, sine ordine ad sultanum usque imprudenter penetravit. ibi Ianizarorum quidam, cui nomen Chamuzae, anteriores regii equi pedes bipenni abscidit; quo prope sultanum collapso rex humi stratus iacuit. cuius capti caput praecisum, hastae infixum ac sublime portatum, fuit, addito laeto, tanquam victoria iam parta, clamore. quo spectaculo perculsus Ungaricus exercitus statim pedem retulit universus ac fugit. hos insecuti hostes partim occiderunt, partim vivos ceperunt. maior tamen pars inter fugiendum in palude Varnae vicina submersa periit. hic mali consilii exitus fuit. at Ioannes, futuri haud improvidus, habitu ac specie gregarii militis, alia via in patriam suam rediit. hunc finem bellum hoc et pugna habuit.

Sultanus vero Murata, victor cum opimis spoliis reversus, illum victoriae auctorem Ianizarum, cui nomen Chamuzae fuisse diximus, Philadelphiae saniachum fecit; filium Mechemetam Magnesiam, ubi antea vixerat, remisit. ipse, repetita regni totius administratione, Adrianopoli residebat, rebus gestis fortunatus, felicitate et deliciis partis fruens. triennio post elapso finem vitae fecit, Prusae sepultus, postquam 32 annos regnasset.

Καὶ πάλιν ἔλαβε κατὰ ἀλήθειαν ὁ υἱὸς αὐτοῦ σουλτὰν 8
Μεχεμέτης τὴν πᾶσαν βασιλείαν καὶ κληρονομήσας καὶ διαδεξάμενος τὸν πατέρα αὐτοῦ. οὐ πολὺ δὲ ἐν μέσῳ, καὶ ἐτελεύτησε καὶ ὁ βασιλεύς, κύριος Ἰωάννης ὁ Παλαιολόγος, βασι-
5 λεύσας ἔτη εἴκοσι τέσσαρα. ἦλθον οὖν οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, ὅ τε Κωνσταντῖνος ὁ δράγασις, Δημήτριος καὶ Θωμᾶς· καὶ παραδόντες τὴν βασιλείαν τῆς πόλεως πρὸς τὸν Κωνσταντῖνον αὐτὸν αὐτοὶ καὶ ἀμφότεροι ἐπορεύθησαν ἐν Πελοποννήσῳ. καὶ μερισάμενοι ταύτην ὁ μὲν ἐν Λακεδαιμονίᾳ ὁ δὲ ἕτερος
10 ἐν Κορίνθῳ ἐκάθηντο, ὡς οὐκ ἔδει.

Ὁ δὲ σουλτὰν Μεχεμέτης οὗτος, παραλαβὼν τὴν ἡγεμονίαν δύσεως καὶ ἀνατολῆς, βουλὴν ἐβουλεύσατο πικροτάτην κατὰ τῆς πόλεως καὶ κατὰ τῶν Χριστιανῶν. καὶ πρῶτον μὲν ὑπεκρίθη φιλίαν ἄκραν μετὰ τῶν πολιτῶν, γέμουσαν δὲ δό-
15 λου καὶ πονηρίας οὐ μικρόν. κτίζει οὖν ἄνωθεν τοῦ Φάρου, εἰς τόπον λεγόμενον Φονέαν, νεόκαστρον, ὅπερ νῦν ἵσταται, μετὰ πύργων στερεῶν καὶ ἰσχυρῶν. δι' ὃ κτιζόμενον καὶ ἀνεγειρόμενον ἐδίδουν καὶ οἱ πολῖται τὰ πρὸς χρείαν, τροφὰς ἐν μέρει καὶ λίθους καὶ ἄλλα. τοῦτο δὲ ἐποίουν φο-
20 βούμενοι αὐτόν, μή πως μάχην ποιήσηται μετ' αὐτῶν, καὶ ὅτι, εἰ καὶ ἠδύναντο κωλύειν, ἀλλὰ τινὲς ἤλπιζον εἰς τοὺς ὅρκους οὓς εἶχον μετὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, οὓς καὶ αὐτὸς

5. εἴκοσι τέσσαρα add A

Tunc Mechemeta filius, stabili hereditate patri succedens, uni- 1450
versum regnum recuperavit. nec multo interiecto tempore imperator quoque Ioannes extremum vitae diem confecit, postquam rei Romanae 24 annos praefuisset. itaque convenerunt consultaudi causa fratres illius, Constantinus cognomento Dracosis, Demetrius ac Thomas. ibi administratione imperii urbis Constantino tradita, ambo ipsi in Peloponnesum abierunt. quam cum inter se partiti essent, alter Lacedaemone, Corinthi alter, contra quam fieri debebat, sedem ceperunt.

Ceterum iste sultanus Mechemeta, imperio Occidentis et Orientis potitus, consilium contra urbem acerbissimum cepit et adversus Christianos. primo quidem summam erga cives amicitiam simulavit, sed malitiae fraudisque admodum plenam. itaque condit supra Pharum, in loco Phonea nomine, novum quoddam castellum, quod hodie exstat, plurium validissimarum turrium, ad id condendum et excitandum civibus etiam urbis, ea quae usui erant, suppeditantibus, alimenta ex parte, lapides et huiusmodi alia. id metu adducti faciebant, ne bellum forte ipsis inferret. accedebat quod, licet prohibere possent, spem tamen quidam habebant in foedere et iuramento, quod cum

ἔστερξε καὶ ἐβεβαίωσε, καὶ ἐδείκνυε καὶ ἄκραν φιλίαν πρὸς τοὺς Βυζαντίους πλαστῶς, ὡς τὸ τέλος ἔδειξε, καὶ καιρὸν δουλεύων. μετὰ δὲ τὸ τελειῶσαι καὶ ἀπαρτίσαι τὸ κάστρον αὐτό, θέμενος σκύπτρα, φύλακας, σκευὰς καὶ ὅπλα ἄλλα, ἐπορεύθη ἐν Ἀδριανουπόλει.

Εἶχον δὲ ἐλπίδας οἱ ἐν τῇ πόλει ἵνα, ἐάν τι ἴδωσιν, ὡς πλησίον ἀφανίσωσιν· ἐτρέφοντο δὲ μάτην ταῦτα οἰόμενοι. ἀναχωρήσαντος γὰρ τοῦ σουλτάνου τόπον μερικόν, πορευομένου πρὸς Ἀδριανούπολιν, οἱ Ἀγαρηνοὶ καταδιώξαντες μετὰ τῶν ἵππων καὶ ποιήσαντες πιλάλημα, ὡς ἔθος αὐτοῖς, ἥρπασαν μέρος ἀνθρώπων, τοὺς ἐντυχόντας ἐν μέρεσι τῆς χώρας τῶν Ἀσωμάτων καὶ τοῦ ἁγίου Φωκᾶ. διεφημίσθη δὲ καὶ φήμη ὅτι εἶπεν ὁ σουλτᾶνος ὅτι ἰδοὺ ἀπέρχομαι, καὶ τὸν Ἀπρίλλιον ἔρχομαι πάλιν, καὶ γνώτωσαν οἱ ἐν τῇ πόλει. διαμηνυσάμενοι δὲ οἱ Βυζάντιοι, καὶ εἰπόντες ὡς οὐκ ἔστι δίκαιον ἵνα μενούσης τῆς ἀγάπης ἁρπασθῶσιν οἱ ἄνθρωποι αὐτῶν, ἀπεκρίθησαν ὅτι ὁ αὐθέντης οὐκ οἶδε τὸ γινόμενον. ὥρισεν οὖν ὅπως ἐξετάσαντες· εὕρωσι καὶ πέμψωσιν εἰς τὰ ἴδια.

9 Τοιαύτην οὖν εἰρήνην πλαστὴν ἔχοντες, γέγονε καὶ μάχη φανερά· ψυχὴ γὰρ ἀδικεῖν προελομένη οὐ δύναται ἐπὶ πολὺ φέρειν τὸ σκιάζον. ἐκινήθη δὲ τῷ αὐτῷ ἔτει ὥσπερ θὴρ

22. σκιάδιον A

patre ipsius factum fuerat; quod etiam ipse a se confirmatum servabat, summamque erga Byzantios praeferebat benevolentiam. sed simulate totum ab eo factum, ut eventus declaravit, tantum temporis causa. castri aedificatione ad finem perducta, positis inibi vexillis, praesidio, tormentis bellicis aliisque armorum generibus, ipse Adrianopolin se contulit.

Habebant spem oppidani se, si quid periculi viderent, posse illud, ut in propinquo situm, diruere: sed ea spes fallax fuit. nam cum sultanus aliquantum discessisset Adrianopolin petiturus, Agareni interea equestribus excursionibus de more factis homines rapiebant, quos obvios in locis regionis Asomatorum et S. Phocae habuissent. fuit et fama sparsa, dixisse sultanum "nunc quidem abeo, sed mense Aprili redibo; et cognoscent, qui in urbe sunt." Byzantiis per legatos conquerentibus, ac dicentibus non esse iustum pacis tempore suos homines abripi, responsum fuit haec imprudente sultano fieri. iussit ergo is, inquisitione facta, inventos ad sua remitti.

Cum hoc modo fictam infidamque pacem haberent, ad apertum tandem bellum deventum est. animus enim qui semel iniuste agere

ἄγριος κατὰ τῆς πόλεως, μετὰ πλήθους ἀναριθμήτου, ἔκ τε γῆς καὶ θαλάσσης. καὶ τὴν μὲν γῆν ἐπλήρωσεν ἀνθρώπων καὶ ἵππων, τὴν δὲ θάλασσαν διὰ τῶν μακρῶν νηῶν, πληρώσαντες καὶ ταύτας ἀνθρώπους ἐκ τῶν χωρῶν τοῦ βασιλέως, τοῦ μέρους τοῦ Πόντου, βίᾳ ἐμβαίνειν ἀναγκάζοντες.

Παραγενομένων δὲ τῶν νηῶν, ἐκωλύοντο ὑπὸ τῆς μεγάλης ἁλύσου τῆς ἡπλωμένης ἀπὸ Γαλατᾶ ἄχρι Βυζαντίου εἰσελθεῖν ἐντὸς τοῦ λιμένος. ἐποίησαν οὖν κατασκευὴν οἵαν εἰκὸς θαυμάσαι καὶ ἐκπλαγῆναι. πετάσαντες γὰρ αὐτῶν τὰ ἱστία καὶ θέντες ὑποκάτω τρόπας, καὶ ἄλλας ποιήσαντες μηχανάς, ἔσυρον αὐτὰς ἐπάνω τῆς χέρσου, πλήθει λαοῦ πολλοῦ, ἀναβιβάσαντες καὶ διαπεράσαντες ἐπάνω τῶν ὑψωμάτων καὶ τόπων τοῦ Γαλατᾶ, μετὰ τυμπάνων καὶ σαλπίγγων ἔλκοντες. κατεβίβασαν δὲ αὐτὰς ἀντίπεραν εἰς τὰ γλυκέα νερά. καὶ οὕτως ἐκυρίευσαν τοῦ λιμένος. εἶτα ἐποίησαν πάλιν σκάλας μετὰ βουτζίων καὶ σανίδων, καὶ ἔδησαν, ἄχρι ξυλοπόρτας· καὶ οὕτω παντοιοτρόπως περιεκύκλωσαν, ὡς κύνες πολλοί, τὴν θαυμασίαν πόλιν, καὶ ἐστενοχώρουν.

Παρακαθημένων οὖν αὐτὴν καὶ πολιορκούντων καὶ πολεμούντων ἀπό τε ξηρᾶς καὶ θαλάσσης ἐχάλασε καὶ τείχους μέρος μετὰ τῆς μεγάλης σκευῆς, ἀπὸ τῆς πύλης τῆς λεγομέ-

constituit, diu simulationis involucro et umbra tegi non potest. commovit igitur eodem se anno ceu bellua atrox, adversus urbem innumeris copiis tendens, terra marique. terram implevit viris et equis, mare longis navibus; quas et ipsas hominibus partim e regionibus imperatoris partim ex ora ponti Euxini, vi conscendere coactis, complevit.

Classis postquam accessisset, intrare portum propter ingentem catenam a Galatae seu Perae oppido Byzantium usque obtentam non potuit. machinationem ergo aggressi sunt miram ac merito obstupescendam. expansis enim navium velis, et vario machinarum genere ad promovendum subiecto, in terram illas magna populi manu subtraxerunt, donec sublatas et provectas per acclivia in suburbano Galatae, cum tympanorum tubarumque sonitu, statuerunt. unde postea in parte adversa in sinum dulcium aquarum intra catenam demiserunt. hoc modo portum in suam potestatem redegerunt. postea scalas seu pontes e navibus descendendi ex doliis asseribusque fecerunt, et ad lignariam usque portam (xyloportam voeant) religarunt. ita omni modo undique circumcluserunt, veluti magna vis canum, admirabilem urbem, et coangustarunt.

Obsidentibus tum ipsam ac bello terra marique infesto prementibus, concidit moenium pars, magno tormentario impetu concussa,

νης Χερσοῦς ἕως τῆς πύλης τοῦ ἁγίου Ῥωμανοῦ. ἐφύλαττον δὲ ἔνδοθι, ἐμβαλόντες ἀντὶ τείχους πολλὰ καὶ ἀντιμαχόμενοι. καὶ ὅπου τὸ πτῶμα, ἐκεῖ ἦσαν καὶ οἱ ἀετοί.

Εὑρέθη δὲ τῷ καιρῷ ἐκείνῳ καί τις ἄρχων Γενουβίτης, ὀνόματι Ντουστουνίας, μετὰ καραβίων μεγάλων δύο. καὶ εἰ- 5
δὼς ἅπερ ἔπασχον οἱ Βυζάντιοι, καὶ ὅτι οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων ἤθελε σταθῆναι εἰς τὴν χαλάστριαν, ἀλλὰ εἷς ἕτερον ἔλεγε σταθῆναι, ἕκαστος δὲ ἀπέφευγε δειλιῶν, σταθεὶς ἐν μέσῳ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ἀρχόντων εἶπε "δύναμαι ἐγὼ σὺν θεῷ με- 10
τὰ τοῦ λαοῦ μου σταθῆναι καὶ ἀντιμαχήσασθαι καὶ βαστά-
σαι τὴν χαλάστριαν, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ, μετὰ βρώσεως καὶ πόσεως τῆς ἐμῆς." εὐχαρίστησαν οὖν αὐτὸν ἅπαντες. διέμεινεν οὖν ὁ ἄρχων ἐκεῖνος φυλάττων καὶ ἀν-
10 τιμαχόμενος ἐπὶ ἡμέρας πολλάς, καὶ ἀπεδίωκε τοὺς Ἀγαρη- 15
νούς, καὶ ἐκώλυεν εἰσελθεῖν. ὅρα δὲ τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὴν τοῦ θεοῦ ἐγκατάλειψιν. ἱσταμένου γὰρ αὐτοῦ καὶ ἀντιμα-
χοῦντος, ἐλθοῦσα βολὴ δέδωκεν αὐτῷ εἰς τὸν δεξιὸν πόδα, καὶ ἀπὸ τῆς σφοδρᾶς ὀδύνης ἔπεσεν ὡς τεθνηκώς. ὅθεν καὶ ἄραντες αὐτὸν οἱ ἴδιοι ἄνθρωποι ἀπῆλθον, καὶ ἐνέβαλον ἐν 20
τοῖς πλοίοις αὐτοῦ, καὶ ὑψώσαντες ἱστία ἀπέδρασαν· ἀπά-
ραντες δέ, κατερχόμενοι ἄχρι Χίου νήσου, ἐκεῖ ἐτελεύτησε.

ea quae extenditur a porta Chersone ad portam usque S. Romani. qui oppidani ibi stationem habebant, in locum ruinae pro muro multa obiecerunt, locum tutantes. atque ubi pars moenium cecidisset, eo tanquam aquilae advolabant.

Advenerat eo tempore vir quidam nobilis, ex urbe Genua oriundus, nomine Iustinianus, duabus cum magnis navibus. is cernens mala quibus conflictabantur Byzantii, neminemque de nobilitate in loco ab hostibus maxime infestato velle resistere, sed alium alii iubere, unumquemque autem metu refugere, progressus in medium ad imperatorem et proceres, "possum ego" inquit "cum meis militibus, opitulante deo, ibi stare et repugnando in ruinis muri impetum hostium ac violentiam sustinere ob honorem nominis Christi, idque meo sumptu et alimentis." gratiae fuerunt ei a cunctis actae. tutatus est igitur pugnando locum vir ille fortis ad multos dies, et Agarenos irruere conantes reiecit, irruptioneque urbis prohibuit. sed en peccatum, en auxilii divini destitutionem. nam cum in hostem constanter pugnaret, ictus fuit globo tormenti in dextero pede. unde vehementi dolore orto in terram cecidit, et pro mortuo iacuit. itaque sublatum asportarunt sui, eoque navibus suis imposito vela fecerunt et ab urbe discesserunt. cum ad insulam Chium delati appulissent,

διεφημίσθη δὲ ὅτι ἔνδοθεν τοῦ κάστρου δέδωκαν αὐτῷ. ἀλλὰ τὸ ἀληθὲς οὐδεὶς οἶδεν, ὅπως ἐγένετο.

Τούτου δὲ καὶ ἔτι ἀντιμαχοῦντος, βουλὴν ποιησάμενοι οἱ ἐντόπιοι ἔπεμψαν μετὰ πλοιαρίου μικροῦ καὶ ταχέος νέους τεσσαράκοντα ὅπως πυρπολήσωσι τὴν ἁρμάδαν Ἀγαρηνῶν κρυφίως, ἐξελθόντες ἀπὸ τοῦ κυνηγοῦ τῆς πύλης. ὃ δὴ καὶ μαθόντες οἱ ἐν Γαλατᾷ Φράγγοι, φιλίαν πρὸς Τούρκους ἐνδεικνύμενοι, ποιήσαντες φῶτα ἄνωθεν τοῦ μεγάλου πύργου εἴδησιν Ἀγαρηνοῖς ἔδωκαν· καὶ ἀφέντες σκευὴν βομβάρδαν λεγομένην ἐκ τῶν κατέργων ἐβούλησαν τὴν Τριβοῦδαν, καὶ ἀπεπνίγησαν οἱ θαυμαστοὶ ἐκεῖνοι, καὶ ἐν ὕδασιν ἀπέθανον.

Ταῦτα οὖν ὁρῶντες οἱ τῆς πόλεως, καὶ εἰς νοῦν θέμενοι τὸ

θεοῦ διδόντος οὐδὲν ἰσχύει φθόνος,
καὶ μὴ διδόντος οὐδὲν ἰσχύει πόνος,

πάλιν ἐποίουν τι, καὶ τὸ κατὰ δύναμιν οὐκ ἠμέλουν. ἀλλὰ τί ποιῆσαι εἶχον εἰς τόσον πλῆθος ἄπειρον; ἕνα εἰπεῖν εἰς χιλίους; οὐδέν, εἰ μὴ μόνον τὸ ἐπικαλεῖσθαι τὴν θείαν βοήθειαν καὶ πράττειν ἀεί τι τῶν δυνατῶν. γνόντες οὖν ὅτι οἱ τῆς Ἄγαρ βούλονται δοῦναι πόλεμον μέγαν καὶ δυνατὸν πανστρατιᾷ αὔριον κατὰ τῆς πόλεως καὶ πάντα λίθον κινῆσαι

illic ipse diem suum obiit. sparsus fuit rumor intra civitatem ab aliquo percussum esse. sed ea de re nihil certi constat.

Antea vero, cum is adhuc pro urbe propugnaret, oppidani, deliberatione habita, navigio parvo ac celeri quadraginta iuvenes emiserunt, qui clam hostilem classem incenderent, Cynegia porta egressi. id cum Latini, qui Galatam incolebant, percepissent, studii sui erga Turcas significandi causa, flammae de magna turri indicio, hostibus eos prodiderunt. qui globo bombardae e triremi emisso celocem submerserunt. ita praeclari illi iuvenes vitam aquis suffocati amiserunt.

His visis oppidani, cum apud animos suos illud reputassent

"deo iuvante nil nocet oculus invidus,
et non iuvante nil valet labor improbus,"

rursus ad defensionem se comparabant, proque virili sua parte nihil, quod ad salutem pertineret, praetermittebant. sed quid contra tantam multitudinem barbarorum facerent? quid unus adversus (ut ita dicam) mille? nihil certe, nisi ut tantum implorata divina ope semper aliquid pro virili facerent. cognito igitur postridie Agarenos vehementissime oppugnaturos urbem omnibus copiis, omnemque lapidem moturos, omnem machinationem ad expugnandum adhibituros, egressi

καὶ μηχανήν, ἐξῆλθον οἱ ἔνδον πολῖται εἰς τὸ ἔξω κάστρον, φοβούμενοι μὴ εἰσβάλωσιν ἔνδον τειχῶν τῇ ὁρμῇ αὐτῶν.

Οἱ Τοῦρκοι οὖν τὴν αὔριον, εὐθὺς ἅμα πρωΐ, πόλεμον στήσαντες καὶ δρόμον μέγαν μετὰ τῶν ἵππων αὐτῶν εἰσῆλθον πολλοὶ ἀπὸ τῆς χαλάστριας καὶ ἐκυρίευσαν καὶ τῶν μεγάλων τειχῶν, καὶ σκίπτρα ἔθεντο ἐπάνω τῶν πύργων, οὓς καὶ θεασάμενοι οἱ Βυζάντιοι ἐπολέμησαν γενναίως· καὶ ἔπεσον τόσοι ἑκατέρωθεν ὥστε οὔτε τοὺς ἔξω ἔτι δύνασθαι εἰσελθεῖν οὔτε τοὺς ἔνδον ἐξελθεῖν ὑπὸ τῶν ἀμετρήτων σωμάτων τῶν νεκρῶν. ἐγένετο γὰρ ὁ σωρὸς τῆς πληθύος τῶν πεσόντων νεκρῶν μέχρι ἀψίδων αὐτῶν τῶν πυλῶν τῶν τειχῶν, πύλης Χερσοῦς καὶ τοῦ ἁγίου Ῥωμανοῦ, ὡς ἐφαίνετο ἐπικειμένη. καὶ οὕτως ὑπερισχύσαντες οἱ Ἀγαρηνοὶ εἰσῆλθον ἀνὰ πᾶσαν τὴν ποτὲ μὲν περιφανῆ, δυστυχεστάτην δὲ ἔκτοτε πόλιν τοῦ Κωνσταντίνου. καὶ οὕτω γέγονεν ἡ ἅλωσις τῆς ἀρίστης τῶν πόλεων ταύτης, ἐν ἔτει ,ςϡξα', μηνὶ μαΐῳ κϑ', ἡμέρᾳ τρίτῃ, πρωΐ.

Τῆς ἀνοχῆς σου, δέσποτα παντοκράτωρ, ὅτι ἐμακροθύμησας καὶ ταῦτα γενέσθαι, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, παρεχώρησας. τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος αὐτῷ ἐγένετο; τίς οὖν λιθοκάρδιός ἐστιν, ὃς δύναται μὴ κλαῦσαι καὶ θρηνῆσαι τὸν τοιοῦτον λεηλατισμὸν καὶ ἀφανισμὸν τῆς εὐδαιμο-

sunt in exteriorem inter duos muros munitionem, quoniam metuebant gravissimum hostis impetum, ne intra moenia irrumperet.

Turcae igitur postridie, prima statim luce, equis acri cursu advecti oppugnationem intulerunt urbi gravissimam. ac multi eorum, qua parte ruinae iacebant muri, irruerunt; et magnis etiam moenibus potiti signa sua in turribus fixere. repugnaverunt Byzantii animose; ac tantus utrinque numerus caesorum fuit ut nec qui foris erant, amplius possent ingredi, nec qui intus, egredi prae innumero cadaverum acervo. is enim iam ipsas portarum Chersonis et S. Romani fornices altitudine, adaequaverat sua, ita ut porta iucumbere cadaveribus videretur. ita viribus valentiores facti barbari universam pervaserunt illam, quondam inclytam, tunc vero infelicissimam, Constantini urbem. hoc modo expugnata fuit praestantissima haec urbs, anno mundi sexies millesimo nongentesimo sexagesimo uno, die Maii 29, qui tertius hebdomadis erat, tempore matutino.

Hem tolerantiam tuam, domine omnipotens, qui haec ita fieri sustinueris aut potius permiseris. sed quis novit mentem domini? aut quis ei a consiliis fuit? quis ita saxeo corde est qui non lacrimetur, qui non deploret tantam spoliationem, tantam abolitionem urbis ante alias olim felicissimae illustris atque imperiosae, nunc au-

νεστάτης τῶν πόλεων ποτὲ καὶ ὑπερκειμένης, ἀθλιωτάτης δὲ καταστάσης καὶ ἐξουδενωμένης καὶ δακρύων ἀξίας; ποία καρδία σιδηρᾶ οὐ μὴ λάβοι πόνον τῆς συμφορᾶς ἐκείνης; οἶμαι ὅτι καὶ γῆ ἐστέναξε καὶ λίθοι καὶ πᾶν ἄψυχον, τὴν μεγάλην καὶ ἀννυπόφορον μὴ μείναντα συμφοράν.

Καὶ ἦν ἰδεῖν φρικτὰ καὶ ἐξαίσια, ἁρπαζόμενα ἐκ τῶν μοναστηρίων τὰ σκεύη τὰ ἱερά, θείους ναοὺς ὑπὸ ἀσεβῶν καταπατουμένους, γυναῖκας θεῷ ἀφιερωμένας ἁρπαζομένας, παρθένους βιαζομένας, ἐλευθέρας καὶ κυρίας καὶ εὐγενεῖς δούλας ἑλκομένας βίᾳ, κλαιούσας καὶ βοώσας καὶ πᾶν εἶδος ὕβρεως ὑπομενούσας καὶ βασανιζομένας, ἱερεῖς τε καὶ μοναχοὺς μετὰ σχοινίων δεδεμένους καὶ ἑλκομένους. καὶ τίς ἱκανὸς φράσαι καὶ καταλεπτῶς διηγήσασθαι τὴν τότε γεγενημένην συμφορὰν καὶ θεήλατον ὀργήν; οὐδὲν ἄλλο εἰπεῖν πλὴν τὸ φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας θεοῦ ζῶντος. ἦν ὁρᾶν μετὰ τῶν ἄλλων δεινῶν καὶ τὰ τῶν βασιλέων μνήματα ἀνοιγόμενα καὶ ἐμπαιζόμενα. τοῦτο δὲ ἐποίουν ἐλπίζοντες εὑρίσκειν τι τῶν χρυσῶν ὑφασμάτων. καὶ ἄλλα κατενεανιεύοντο οἱ παρανομώτατοι.

Καὶ ἔγκαιρον εἰπεῖν τὸν θρῆνον Δαβίδ, τὸ "ὁ θεός, ἦλθοσαν ἔθνη εἰς τὴν κληρονομίαν σου· ἐμίαναν τὸν ναὸν τὸν

tem ad extremum miseriarum et contemptus redactae ac prorsus lamentandae? quodnam cor ita ferreum est quod, audita tanta calamitate, temperet a dolore, a luctu? terra profecto ipsa et lapides et quodvis inanimum mihi gemuisse videntur, intueri tantas tam intolerabiles aerumnas horrentia, luctuque refugientia.

Spectacula enim occurrebant horrenda, captum humanitatis excedentia. direptio sacrorum vasorum e monasteriis, divinorum templorum impiis calcantibus profanatio, consecratarum deo feminarum raptus, violatio virginalis pudoris. raptabantur ingenuae, nobiles illustresque feminae servilem in modum violenter, ad coelum tendentes cum fletu et ululatu oculos, omne genus contumeliae et torturae patientes. trahebantur sacerdotes ac solitariae vitae sectatores funibus vincti. quis tanta eloquentia esset ut verbis consequi aut oratione percensere singulas illius temporis calamitatum species iraeque divinae posset? aliud nihil dici verius potest quam hoc "horribile est in manus incidere dei viventis." inter alia dira etiam hoc cernere erat, monumenta imperatorum effodi, aperiri, illudi. fiebat hoc a scelerātis spe inveniendae detrahendaeque aureae vestis et ornatus. alia denique ab eis sceleris plena perpetrabantur.

Haud ab re fuerit, hoc loco dicere lamentum Davidis. "deus, venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum sanctum

ἅγιόν σου· ἔθεντο Ἰερουσαλὴμ ὡς ὀπωροφυλάκιον, ἔθεντο τὰ θνησιμαῖα τῶν δούλων σου βρώματα τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, τὰς σάρκας τῶν ὁσίων σου τοῖς θηρίοις τῆς γῆς· ἐξέχεον τὸ αἷμα αὐτῶν ὡσεὶ ὕδωρ κύκλῳ Ἰερουσαλήμ, καὶ
12 οὐκ ἦν ὁ θάπτων. ἐγενήθημεν ὄνειδος τοῖς γείτοσιν ἡμῶν, 5 μυκτηρισμὸς καὶ χλευασμὸς τοῖς κύκλῳ ἡμῶν. ἕως πότε, κύριε, ὀργισθήσῃ εἰς τέλος;"

Ἄξιον καὶ τὴν παίδων ᾠδήν, ὄντων ἐν μέσῳ τῆς καμίνου καὶ λεγόντων "δίκαιος εἶ ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐποίησας ἡμῖν. καὶ παρεδόθημεν εἰς χεῖρας ἐχθρῶν ἀνόμων ἀποστατῶν· καὶ 10 βασιλεῖ ἀδίκῳ καὶ πονηροτάτῳ παρέδωκας διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν."

Πῶς κατεδέξατο ἡ ἐπ' ὀνόματι τοῦ θεοῦ λόγου κτισθεῖσα ἁγία Σοφία, ὁ ἐπίγειος οὐρανός, ἡ νέα Σιών, ἣν ἔπηξεν ὁ κύριος καὶ οὐκ ἄνθρωπος, τὸ καύχημα πάσης τῆς οἰ- 15 κουμένης, τὸ ἄγαλμα τῶν ἐκκλησιῶν, ἡ ὑπερέχουσα πάντων τῶν τῆς γῆς κτισμάτων. ὢ τοῦ θαύματος, ὁ τοῦ θεοῦ περιώνυμος ναὸς ἐγένετο ναὸς τῶν Ἰσμαηλιτῶν τῶν ἀθέων καὶ ἀπίστων. φρίξον, ἥλιε· στέναξον ἡ γῆ, καὶ κλονουμένη βόησον "ἀνεξίκακε κύριε, δόξα σοι." 20

Τούτῳ τῷ τρόπῳ ἠχμαλωτίσθη ἡ Κωνσταντινούπολις. ὁ ταλαίπωρος δὲ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, ἅμα τῷ εἰσελθεῖν τοὺς

tuum, Hierosolymam in formam pomarii redegerunt. cadavera servorum tuorum devoranda volucribus caeli obiecerunt, carnem sanctorum tuorum bestiis terrae. effuderunt sanguinem eorum velut aquam circa Hierosolymam; nec erat qui sepeliret. probrosi apud vicinos nostros habemur: illudimur et sannis incessimur ab illis qui circa nos habitant. quousque irasceris, domine? nunquamne finis erit?"

Operae pretium etiam adolescentulorum carmen, qui in medio ardentissimae fornacis dixerunt "iustus es in omnibus quae nobis fecisti. traditi sumus in manus inimicorum iniquorum et defectorum. regi iniusto pessimoque nos dedisti, idque propter peccata nostra."

Quomodo contumeliam ferre tantum potuit, quae de nomine divini logi condita fuit, S. Sophia? illud terrestre caelum, nova illa Sion, quam construxit ipse dominus, non homo; gloria illa universi orbis terrae, illud decus ecclesiarum, eminentissimum illud omnium per orbem terrarum aedificiorum. o rem miram. nobilissimum dei templum templum factum est Ismaelitarum impiorum illorum et infidelium. horresce, sol; ingemisce, terra, concutere, exclama. gloria tibi, tolerantissime malorum domine.

Hoc modo expugnata captaque fuit Constantini urbs. ceterum miserrimus imperator Constantinus, eodem tempore quo Turcae ir-

Τούρκους ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ ἁγίου Ῥωμανοῦ, περιπατῶν μετὰ καὶ ἑτέρων ἀρχόντων, ἐπισκεπτόμενοι τὰ τείχη, ὑπήντησαν αὐτῷ Τοῦρκοι καὶ ἐπολέμησαν· καὶ ἀπεμήθη τὴν κεφαλὴν πολεμῶν καὶ μὴ καταδεξάμενος ὅλως δουλωθῆναι. συνἀπέθανον δὲ αὐτῷ καὶ ἄλλοι ἄρχοντες. τοῦτο δὲ ἐτόλμησαν οἱ Ἀγαρηνοὶ ἀγνοήσαντες ὅτι ὁ βασιλεὺς ἦν· εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἄν, οἶμαι, ἐφόνευσαν αὐτὸν ἀλλὰ ζῶντα ἐπίασαν, συλλαβόντες παντοιοτρόπως, καὶ προσέφερον τῷ βασιλεῖ αὐτῶν. ὕστερον δὲ πολλῆς ζητήσεως γενομένης περὶ αὐτοῦ, φοβουμένου τοῦ σουλτάνου μή πως ἐν τοῖς ζῶσιν ἐστὶ καὶ πορευθεὶς κομίσῃ τινὰ βοήθειαν, εὗρον τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ καὶ ἀνεγνώρισαν αὐτὴν ὅ τε Μάμαλις καὶ ἕτεροι ἄρχοντες, καὶ οὕτως ἔπαυσε τοῦ φόβου.

Τὴν δὲ χαρὰν ἥνπερ ἔσχεν ὁ αὐθέντης τότε ὁ σουλτάνος, τίς διηγήσεται; ἑώρα γὰρ ὅτι ἐγένετο κύριος τοιούτου κάστρου μεγάλου καὶ περιβοήτου καὶ ἐκλέκτου, καὶ βασιλεὺς Ῥωμαίων, κύριος ἀνατολῆς καὶ δύσεως οὐκ ὀλίγης.

Παρελθόντων δὲ ἡμερῶν πέντε γέγονε ζήτησις μεγάλων ἀρχόντων· καὶ καταλαβόντες τὸν μέγαν δοῦκαν, τὸν μέγαν δομέστικον, τὸν πρωτοστράτορα, υἱὸν Καντακουζηνοῦ τοῦ μεσάζοντος, καὶ ἄλλους πολλοὺς ἐκλεκτοὺς ἄρχοντας εὐγενεῖς 13 ἀπεκεφάλισαν αὐτούς. τοῦ δὲ μεγάλου δουκὸς τοὺς υἱοὺς

ruerunt, qua parte S. Romani porta est, obibat moenia, ipse et alii proceres, inspiciendi causa. tunc obviam facti hostes pugnam commiserunt, in qua caput ei praecisum est pugnanti et neutiquam servitutem subire volenti. occubuerunt una et alii nobiles primariique viri. id factum inde quod ignorarunt imperatorem barbari, alioquin, ut mea fert opinio, haud interfecturi, sed, quoquo modo potuissent, vivum in potestatem redacturi et suo regi adducturi. posterius vero diligenti inquisitione facta (metuente videlicet sultano ne forte adhuc in vivis esset profectusque auxiliis alicunde adductis bellum renovaret) invenerunt caput eius, a Mamale aliisque proceribus agnitum. tunc a metu ille destitit.

Quantam autem laetitiam e victoria tam illustri barbarus ceperit, quis verbis eloquatur? videbat is se tanta urbe, tam ubique clara et nobili, tam eximia, potitum; iam regem Romanum ac dominum Orientis nec parvae partis Occidentis factum esse.

Post quinque dies quaesiti sunt viri illustres, comprehensus est magnus dux et magnus domesticus et protostrator, imperatorii curatoris Cantacuzeni filius, aliique complures, amplissimo genere et virtute dignitateque eximia conspicui viri, qui capitis supplicio affecti sunt. magni autem ducis filios in conspectu ipsius iugularunt. uni tantum, qui

ἔσφαξαν ἐνώπιον αὐτοῦ· μόνον δὲ τὸν νεώτερον υἱὸν αὐτοῦ Ἰσαάκιον ἔβαλεν ἐν τοῖς βασιλείοις, ἐν τῷ σαραγίῳ αὐτοῦ, ὃς δὴ καὶ ἐν ὀλίγῳ ἀπέδρα καὶ ἐγένετο ἀφανής. ὕστερον δὲ ἠκούσθη ὅτι ἐν Ῥώμῃ εὑρέθη, ὅπου ἦν καὶ ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ, ἣν ὁ πατὴρ ἔπεμψε πρὸ τῆς ἁλώσεως μετὰ πλούτου πολλοῦ. τοὺς φόνους δὲ τῶν τοιούτων ἀρχόντων πάντας ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἐποίησεν. εἶτα τὰ νεκρὰ σώματα, ὅσα ἦσαν κείμενα ἐν πύλαις, καὶ ἔνδον καὶ ἐκτός, ἀνάψαντες πυρκαϊὰν ἐν μέσῳ τῶν τάφων κατέκαυσαν, ὁμοῦ συμμεμιγμένα καὶ τὰ τῶν πεσόντων ἰδίων Ἀγαρηνῶν.

Ὡς ἐν ὀλίγῳ δὲ ἀπέκτεινε καὶ τὸν Χαλὶλ πασιᾶν, ἔχων αὐτὸν ἐν ὀργῇ, ὅπως ἐμήνυσε τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ παρεγένετο ἀπὸ ἀνατολῆς, ἐν τῷ καιρῷ τῶν Οὔγγρων· καὶ ὅτι ἔπαυεν αὐτὸν πρὸ καιροῦ μελετῶντα πολιορκῆσαι τὴν Κωνσταντίνου, προβαλλόμενος αὐτῷ ὅτι, ἐὰν στρατεύσῃ κατὰ τῆς πόλεως, ὁρμήσουσιν ἔθνη ἄλλα καὶ ἐκβαλοῦσιν αὐτοὺς τῆς δύσεως καὶ ἀπολέσουσι τὰ ἐν χερσί, καὶ ὅτι ἐνουθέτει καὶ αὐτῷ ὡς νέῳ ἐν πολλοῖς. τούτων δὲ ἕνεκα ταύτην ἀπέλαβε τὴν ἀμοιβήν· οὕτω γὰρ τιμῶσιν οἱ δαίμονες τοὺς τιμῶντας αὐτούς.

Καταστήσας δὲ τῇ μεγάλῃ πόλει φύλακας καὶ καδὴν καὶ πᾶν τῆς διοικήσεως, καὶ εἴ τι χρειῶδες καὶ ἀναγκαῖον εἰς

natu minimus erat, nomine Isaacio, pepercerunt; qui in castrum regium trusus, non multo post inde aufugiens, nuspiam apparuit. postea fama sparsa fuit Romae conspectum esse; quo in loco etiam soror eius erat, quam pater, ante expugnationem urbis, magnis cum opibus in Italiam miserat. ea procerum caedes omnis uno eodemque die peracta. exinde cadaverum quicquid sub portis et extra intraque portas iacebat, in sepulcra coniectum et igne crematum est, aggestis eodem et una combustis Agarenorum quoque cadaveribus.

Brevi post etiam Chalilbassam tyrannus interemit, crimini dans ei, irascensque, quod accitu ipsius pater suus rediisset ab Oriente in Occasum tempore belli Ungarici, quodque voluntati suae iampridem obsidionem urbis meditati obstitisset, ab ea dehortans, tanquam, si adversus urbem iret, aliarum gentium motus esset ingens secuturus, quae Occidente ipsum eiecturae essent, ipsique, quae iam manibus tenerent, amissuri. succensebat etiam quod ab illo in multis castigabatur, quae iuvenili ipse petulantia patraret. his de causis haec ei gratia relata fuit. sic scilicet daemones honorant cultores suos.

Posteaquam praesidium urbi imposuisset, iudicemque seu praefectum ei praeposuisset, et administrationem totam, ac quicquid conservationi illius utile necessariumque esset, constituisset (difficilius

φύλαξιν (τοῦ φυλάξαι γὰρ τἀγαθὰ τοῦ κτήσασθαι χαλεπώτερον ἐφαντάσθη καλῶς) ἐπορεύθη ἐν Ἀδριανουπόλει μετὰ χαρᾶς καὶ δόξης πολλῆς.

Ἀνθρώπων δὲ χωρὶς καὶ οἰκου εἰπεῖν μεινάσης τῆς πόλεως ἐπρόσταξε, καὶ ἔφερον συργούνιδας λεγομένους ἤτοι μετοίκους ἢ παροίκους ἀπὸ Μηδείας τῆς πρὸς τὸν Πόντον καὶ τῶν χωρίων αὐτῆς, Ἀγαθοπόλεως, Μεσημβρίας καὶ ἀπό τε Σηλυβρίας Ἡρακλείας Πανάδου Ὀρεστιάδος καὶ ἄλλων τόπων πολλῶν· καὶ ᾤκησαν τὴν πόλιν, δόντες αὐτοῖς καὶ οἴκους, ἑκάστῳ κατὰ τὴν ἀξίαν, καὶ δωρησάμενοι καὶ τόπους πολλούς, καὶ ἰδιοποιήσαντες. ἠγόρασαν δὲ καὶ πολλὰ πολλοῦ ἄξια τιμῆς ὀλίγης, καὶ κύριοι τῶν πολυδαπάνων καὶ ὡραίων ὀλίγου ἐγένοντο.

Ἐπαναστρέψας δὲ πάλιν ὁ αὐθέντης ἐν τῇ πόλει ἤρξατο τὸ παλαιὸν κτίζειν σαράγιον καὶ καλλωπίζειν πολλὰ τῆς πόλεως. εἶτα πορευθεὶς ἔλαβε τὴν Αἶνον, ἔπειτα τὰς Ἀθήνας, τὰς Θήβας, τὴν Θάσον, τὴν Σαμοθράκην, τὸ Ἄργος τὸ ἐν Πελοποννήσῳ· τὸ γὰρ Ἑξαμίλιον εἶχον ἐκ καιροῦ. εἶτα 14
ἔλαβε τὴν Λῆμνον, τὴν Ἴμβρον καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν πάντα τὰ γειτονοῦντα, πλὴν Εὐρίπου. ἐμετοίκισε καὶ ἀπὸ Ἀδριανουπόλεως ἄνδρας καὶ γυναῖκας πολλάς. ὅλως δὲ οὐκ εἰρήνευσεν ὁ ἀλιτήριος ἔτος ἕν, ἀλλ' ἐπολέμει καὶ νικητὴς ἀνεφαίνετο, οὐδενὸς ὄντος τοῦ ὡς ἔδει ἀντιμαχομένου.

enim esse bona parta tueri quam acquirere, recte dictum est), Adrianopolin sese cum gaudio et gloria magna rettulit.

Sed cum hominum vacua urbs esset et propemodum deserta, mandato ipsius accersiti venerunt inquilini ac novi cives e pluribus locis, e Pontica Media et oppidis eius, ex Agathopoli et Mesembria, e Selybria, Heraclea, Panado, Orestiade (quae est Adrianopolis) et aliis pluribus locis. hi singuli pro dignitate sua acceptis domibus incoluerunt urbem, multis etiam agris in eos divisis mancipioque datis. quin multa pretiosa paucis emerunt nummis, et quae magno constiterant, parvo sui iuris fecerunt.

Reversus in urbem rex vetus palatium, sedem regiae condere aggressus est, multaque urbis loca aedificando ornare. postea cum exercitu profectus Aenum cepit exinde Athenas, Thebas, Thasum, Samothracen, Argos Peloponnesi. ipsum enim Hexamilium Turcae iam ab aliquanto tempore tenebant. tum Lemnum ceperunt et Imbrum, cuncta denique finitima praeterquam Euboeam. transtulit idem et ex Adriani urbe Byzantium multos utriusque sexus homines. denique ne unum quidem annum a bello immunem execratus iste manere sivit: sed et bellabat et victor evadebat, nemine se illi, sicut oportebat, opponente.

Ἔπειτα πορευθεὶς ἐν τῇ ἀνατολῇ μετὰ στόλου, καὶ διὰ θαλάσσης πέμψας πλοῖα, ἔλαβε τὴν νῆσον Μιτυλήνης. τὰς δύο πόλεις Φώκιας λεγομένας, τήν τε παλαιὰν Φωκίαν καὶ τὴν νέαν, τριῶν ὡρῶν διάστημα ἀπεχούσας ἀλλήλων ἢ τεσσάρων μόλις, κειμένας πλησίον Σμύρνης τῆς ἐν Ἐφέσῳ, ὑπο- κάτω Μαιάνδρου τοῦ ποταμοῦ. ἔλαβε δὲ ἄνδρας καὶ γυναῖκας πολλὰς καὶ πλῆθος παιδίων ἐκ τῶν πόλεων τούτων, καὶ μετοίκισε ταύτας ἐν πόλει. ἔπειτα ἀπῆλθε καὶ ἔλαβε τὴν Κασταμώνην καὶ Σινώπην ἐκ χειρὸς τοῦ Κιζὶλ Ἀχουμάτ, ἃς εἶχεν ἀπὸ προγόνων, τοῦ σουλτὰν Ἀλατύνη ἐκείνου τοῦ φοβεροῦ στρατηγοῦ· ὃς καὶ ἅμα τῷ μαθεῖν τὴν ἔλευσιν Ἀγαρηνῶν ἀνεχώρησε φεύγων καὶ ἐπορεύθη ἐν Περσίᾳ πρὸς τὸν Οὐζοῦν χασάνην. ἔλαβε δὲ καὶ ταῦτα κόπων καὶ πολέμων χωρίς, μετὰ καὶ τῶν πλησίον χωρίων αὐτῶν. ἔπειτα ἔλαβε τὴν Ἄμαστριν καὶ τὸν Καφὰν ἐκ χειρὸς τῶν Γενουβίτων, καὶ ἐκόμισε τούτους ἐν Κωνσταντίνου πόλει, παροικίσας αὐτούς, καὶ ἐρήμους εἰπεῖν ἐγκαταλείψας αὐτὰς ἀνθρώπων, ἀφανίσας καὶ τὰ πλεῖστα τῶν τοίχων αὐτῶν καὶ πάντα καλλωπισμόν.

Ἐπανελθὼν δὲ πάλιν ἐν τῇ πόλει, καὶ ὁρῶν μὴ συναγομένους ἰδίᾳ θελήσει ὅλως Χριστιανούς, ἠρώτησε τὸ αἴτιον παρὰ φίλων καὶ γραμματικῶν Χριστιανῶν, οὓς εἶχε πλησίον αὐτοῦ καὶ ἐδιοίκουν πᾶσαν τὴν βασιλείαν. οἱ γὰρ Ἀγαρηνοὶ

Orientem deinde classe petens, multis per mare navibus missis, insulam Lesbum suae dicionis fecit. huic utramque Phocaeam addidit, veterem et novam, trium horarum aut vix quattuor spatio inter se remotas, prope Smyrnam, quae ad Ephesum est, sub flumine Maeandro sitas. e quibus civitatibus magnum numerum virorum feminarum et puerorum in urbem traduxit. profectus postea Castamonam et Sinopen Cisil Achumatae ademit; quas is longo intervallo maioribus traditas habuerat a sultano quidem Aladino, illo magno et formidando duce. nam Cisil Achumata, ut primum de Turcarum adventu certior factus fuit, cessit, ac profugit in Persiam ad Usumcastanem. potitus itaque est illis civitatibus et vicinia ipsarum Mechemeta citrá bellum et laborem. post haec Amastrin cepit et Capsam, Genuatibus extorquens. cives earum Cpolin transtulit. ipsas autem urbes, eversa maiore parte moenium omnique ornatu destructo et ablato, prope in solitudinem hominibus infrequentes redegit.

Rursus in urbem reversus, cum nullos sacros conventus ultro celebrari a Christianis videret, causam eius rei ab amicis sciscitatus est et a scribis Christianis, quos secum habebat; qui totius regni administrationem gerebant. ipsi enim Agareni literarum rudes erant et

ἦσαν ἀγράμματοι καὶ ἀμαθεῖς πολλά, ὥστε κόπτοντες καὶ χαράκια ποιοῦντες διὰ ξύλων ἠρίθμουν, ὡς ἔτι, ὡς λέγεται, φαίνονται ἐν τοῖς ταμιείοις, ὅπου οἱ θησαυροὶ αὐτῶν. λέγουσι δὲ τὰ ξύλα ταῦτα, ἅπερ ἠρίθμουν καὶ ἀντὶ ἀριθμητικῆς εἶχον καὶ λογαριασμοῦ, ὡς καὶ νῦν ἔτι οἱ ἀρτοποιοὶ αὐτῶν χρῶνται καὶ ἄλλοι Ἀγαρηνῶν, ῥαυάσια ἤτοι λογαριαστήριον. μαθὼν δὲ ὅτι διὰ τὸ μὴ εἶναι πατριάρχην, ὥρισεν ὅπως συνέλθωσιν οἱ Χριστιανοί, καὶ ἐκλεξάμενοι ὃν ἂν θέλωσι, κυρώσει αὐτοῖς· τοῦτον καὶ ὁρισμὸν δώσει πατριαρχεύειν. ἐποίησε δὲ τοῦτο ἐντέχνως, ἵν' ἀκούσωσιν οἱ ἅπανταχοῦ Γραικοὶ καὶ συναθροίζωνται ἐν τῇ πόλει· δι' ἐφέσεως γὰρ εἶχεν ἵνα πολυάνθρωπος γένηται καὶ κατοικουμένη πᾶσα.

Ἐξελέξαντο οὖν τὸν φιλόσοφον κύριον Γεώργιον τὸν Σχολάριον, κριτὴν ὄντα τῆς βασιλικῆς κρίσεως, ἄνδρα ἅγιον καὶ εὐλαβῆ· καὶ ἀξιώσαντες αὐτόν, ὡς ἔθος, κατέστησαν πατριάρχην, ὀνομάσαντες αὐτὸν Γεννάδιον· καὶ ὑπετάχθησαν αὐτῷ πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι Κωνσταντινουπόλεως καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν ἐπαρχιῶν, ὡς καὶ τοῖς λοιποῖς πρὸ αὐτοῦ πατριάρχαις. ὃν δὴ καὶ μετακαλεσάμενος ὁ σουλτᾶνος ἔνδον τῶν βασιλείων αὐτοῦ, ἰδίαις χερσὶ δέδωκεν αὐτῷ δεκανίκιον πολλοῦ ἄξιον, ἤτοι ῥάβδον ἀργυρᾶν περικεχρυσωμένην ὡραίαν, καὶ ἵππον

6. ῥαούσια C

indocti plerumque. itaque haec ipsorum erat ratio numerandi ut bacilla pararent in iisque incisuras facerent; quemadmodum in aerariis, ubi thesauri ipsorum asservantur, etiamnum conspici aiunt. appellant autem ea ligna, in quibus numeros et rationes suas notabant (quorum usus etiam nunc apud pistores et alios opifices Turcarum est), rhausia h. e. taleas. cognito autem causam omissorum coetuum esse, quod nullus patriarcha esset, iussit conventus agere Christianos, et patriarcham sibi, quemcunque vellent, deligere. se huius creationem confirmaturum, et ut patriarchae munera obiret, edicturum. id ab eo callide factum, ut hac fama ad Graecos, qui ubivis locorum essent, perlata in urbem congregarentur. quippe hoc ei studio erat, ut multitudine hominum eo confluente per omnes suas partes urbs frequens cultaque fieret.

Hac potestate igitur accepta philosophum delegerunt, Georgium Scholarium, assessorem regii iudicii, virum sanctum et pium hunc vetere ritu producentes patriarchae muneri praefecerunt, mutato eius priore nomine in Gennadii nomen. ei subiectae tunc fuerunt tum omnes Constantinopoleos ecclesiae, tum ceterae quae in provinciis, eadem, quam antecessores ipsius antistites habuerant, potestate permissa. quem cum in regiam ad se sultanus vocasset, suis ei manibus pastorale pedum magni pretii dedit, baculum nempe argenteum

ἀγαθὸν καὶ μέρος χρυσίνων, ἐπειπὼν αὐτῷ "πατριάρχευε ἐπ' εὐτυχίᾳ, καὶ ἔχε τὴν φιλίαν ἡμῶν, ἐν οἷς θέλεις, ἔχων πάντα τὰ σὰ προνόμια, ὡς καὶ οἱ πρὸ σοῦ πατριάρχαι εἶχον· ἔχε δὲ καὶ τὸν ναὸν τῶν ἁγίων ἀποστόλων εἰς κατοικίαν σήν." καὶ οὕτως ἔλαβε, καὶ ἐποίησεν αὐτὸν πατριαρχεῖον· τὸν γὰρ ναὸν τῆς ἁγίας Σοφίας, ὃς ἦν πατριαρχεῖον, οἱ Ἀγαρηνοὶ ἔλαβον.

Ὄντος δὲ καὶ εὑρισκομένου ἐκεῖ τοῦ πατριάρχου ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων εὑρέθη τις πεφονευμένος μέσον τοῦ ναοῦ τῆς αὐλῆς, ἤτοι ἔνδον τῆς περιοχῆς. ὅθεν φοβηθεὶς ὁ πατριάρχης μή πως καὶ ἄλλα ὅμοια γένωνται, ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν καταλείψαντες τὸν θαυμαστὸν ναὸν ἔρημον. τοῦτο δὲ ἐγένετο, ὅτι τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ὁ τόπος καὶ τὰ οἰκήματα τὰ πέριξ τοῦ ναοῦ ἦσαν ἄοικα, ἀνθρώπων χωρίς, πεσόντων τινῶν ἐν πολέμῳ καὶ ἄλλων αἰχμαλωτισθέντων, ἑτέρων δὲ καὶ φυγόντων.

Ἀναχωρήσαντος δὲ τοῦ πατριάρχου ἐκ τοῦ ναοῦ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ ζητήσαντος καὶ λαβόντος τὴν μονὴν τῆς παμμακαρίστου καὶ πατριαρχεῖον ποιησαμένου, ὡς ἔστιν ἕως τῆς σήμερον καὶ μενεῖ δυνάμει καὶ βοηθείᾳ θεοῦ (ἦν δὲ αὕτη ἡ μονὴ τὸ πάλαι γυναικεῖον μοναστήριον), μετὰ καιρὸν ἤρξαντο ῥίπτειν καὶ ἀφανίζειν τὸν θεῖον (φεῦ) ναόν, καὶ τέλος

inauratum, artificiose factum. dedit et equum bonum et certam aureorum summam, his verbis additis "quod faustum ac felix sit, esto patriarcha, et utere nostra amicitia in quibus rebus voles, habens omnia iura privilegiaque, sicuti superiores ante te patriarchae habuerunt. habe quoque templum S. Apostolorum domicilii loco." ita id tunc accepit, et patriarchicam ibi sedem collocavit. templum enim S. Sophiae, quod antiquitus patriarcharum domicilium fuerat, Agareni sibi vendicarunt.

Cum autem S. Apostolorum templum incoleret patriarcha, inventus est in septo templi seu intra ambitum homo occisus. unde timore perculsus patriarcha, ne similia deinceps etiam fierent, inde discessit, relicto illo admirandi operis templo vacuo. id inde factum quod illo tempore locus ille, et quae circa templum aedes, a cultoribus vacua erant, parte hominum bello caesa, aliis captivis factis, non etiam nullis profugis.

Cum e templo S. Apostolorum patriarcha excessisset, aliudque petens monasterium Pammacaristae (hoc est beatissimae virginis Mariae) accepisset, atque id sedi patriarchicae dedicasset (sicut et iamnum hodie est et, deo potenter ac benigne iuvante, manebit, cum in eo monasterio antiquitus sacrae feminae habitassent), progressu tem-

ἔκτισαν καὶ ἀνῳκοδόμησαν μετζίτιον, αὐτῶν ἐκκλησίαν, ἐπ' ὀνόματι τοῦ σουλτὰν Μεχεμέτ, ὡς φαίνεται καὶ ἵσταται εὐμεγέθης ἄχρι καὶ τῆς σήμερον, ἐν δευτέρῳ λόφῳ κείμενος τῆς πόλεως· ὁ γὰρ πρῶτος λόφος τῆς ἐπταλόφου ταύτης Κωνσταντίνου ἔστι τὸ μέρος τῆς πόρτας Ἀδριανουπόλεως. ἔλαβον δὲ εἰς πατριαρχεῖον τὸν ναὸν τῆς παμμακαρίστου, 16 ὅτι οἰκοῦντες ἦσαν κύκλῳ πάντες Χριστιανοὶ καὶ τὸ μέρος ἅπαν οἰκούμενον ἐξ ὧν ἤνεγκον ξένων σουργουνίδων ἤτοι παροίκων.

Μιᾷ δὲ τῶν ἡμερῶν διερχόμενος ὁ σουλτᾶνος οὗτος Ἀγαρηνῶν τὰ μέρη τῆς γειτονίας τοῦ πατριαρχείου καὶ ἀναθεωρῶν πολλὰ καὶ ἐρωτῶν καὶ μανθάνων, ὡς ἐθεάσατο τὸ προπύλαιον τῆς αὐλῆς τῆς παμμακαρίστου, ἠρώτησε τί τοῦτο; καὶ εἰπόντες αὐτῷ ὅτι ἡ ἐκκλησία ἐν ᾗ ὁ πατριάρχης οἰκεῖ, εἰσῆλθεν ἔνδον, καὶ κατελθὼν τοῦ ἵππου εἰσῆλθεν ἐν τῷ ναῷ. τοῦτο μαθὼν καὶ ὁ πατριάρχης κατῆλθε τοῦ οἰκήματος καὶ προσηγόρευσεν αὐτὸν καὶ ἐπροσκύνησεν. εἶτα ἐπὶ θρόνου καθίσαντος τοῦ βασιλέως ἔνδον τῆς μικρᾶς ἐκκλησίας καὶ ὡραίας, τοῦ παρεκκλησίου, τῆς πλησίον τοῦ σκευοφυλακίου, ἠρώτησε πολλὰ δι' ἑρμηνέως τὸν πατριάρχην περὶ πίστεως πάντα τὰ Χριστιανῶν, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ ἄδειαν καὶ ὅρκον καὶ θάρρος, λέγειν καὶ διαλέγεσθαι φόβου χωρίς. ὅθεν θαρσήσας μετὰ

poris divinum illud Apostolorum templum (heu rem duram) demoliri Turcae ausi sunt et formam eius abolere. tandem etiam ibi religionis suae templum (Meschitam vocant) sub nomine sultani Mechemetae condiderunt; quod satis amplum conspicitur, in hodiernum usque diem manens, in secundo colle urbis. primus enim collis huius septicollis, ut quondam dicta est, urbis est illa pars quae ad portam Adrianopolitanam spectat. causa cur potissimum Pammacaristae templum in patriarcheum legerint, fuit quod circumcirca id habitabatur, et quidem a Christianis, qui e locis exteris Constantinopolin traducti fuerant.

Quodam die sultanus Mechemeta equo praeteriens viciniam patriarchei, oculis modo huc modo illuc coniectis, quid unumquodque esset sciscitatus, ut vestibulum atrii Pammacaristae conspexit, quaesivit quid esset hoc. cum ei responderetur esse ecclesiam, in qua patriarcha habitaret, eo ingressus est; ex equoque descendens templum intravit. quod cum patriarcha didicisset, e sua habitatione descendit ac sultanum salutans adoravit. ille deinde super solium assidens intra sacellum elegans, quod propter armarium rerum sacrarum est, multa, verbis interpretis, patriarcham super religione Christiana rogitavit, iureiurando ei potestate omnia libere absque ullius periculi

παρρησίας ἐνώπιον αὐτοῦ εἶπε πολλὰ συστατικὰ καὶ ἀποδεικτικὰ τῆς πίστεως κεφάλαια, καὶ τὸ μυστήριον τῆς ἁγίας τριάδος ἐφανέρωσεν, ὡς ἔδει, καὶ ὅτι ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, ὁ εἷς τῆς τριάδος, τοῦ ἑνὸς ἀληθοῦς θεοῦ, ἔστιν ὁ σαρκωθεὶς ἐκ τῆς παναγνου καὶ ἁγίας παρθένου δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, καὶ ὅτι ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, καὶ ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων ἔρχεσθαι κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ ἄλλα μυστήρια τῆς πίστεως εἶπε καὶ διεσαφήνισεν αὐτῷ. ὅθεν οὐ μόνον ἀπεδέξατο εὐλαβῶς, ἀλλ' ἔκτοτε ἠγάπα αὐτόν τε τὸν πατριάρχην πολλὰ καὶ σεβάσμιον εἶχε, καὶ ἔπαυσε καὶ τῆς κακίας ἣν εἶχε κατὰ τοῦ γένους Γραικῶν, καὶ ἠγάπα ἔκτοτε, ὡς ἐν πολλοῖς ἐφάνη. ἔχαιρε δέ, ὡς εἶπε πρὸς πολλοὺς μεθ' ὧν συνελάλει, ὅτι σπουδαῖον καὶ σοφὸν πατριάρχην ἐποίησαν, ἕτοιμον ἀποκρίνεσθαι. ὅθεν καὶ ἀποδεξάμενος τὴν διάλεξιν καὶ τοὺς λόγους, οὓς ἐποιήσαντο περὶ πίστεως, ἐφάνη, ὅτι ἐνετείλατο αὐτῷ ἵνα συγγράψῃ πᾶσαν τὴν διάλεξιν καὶ ἐν κεφαλαίοις καταστρώσῃ καὶ δώσει αὐτῷ, ὃ καὶ ἐγένετο, ὡς φαίνεται τὸ σύγγραμμα, καὶ μετεγλωττίσθη καὶ εἰς τὴν Τουρκοαραβόγλωσσαν ὑπὸ Ἀχουμὰτ καδὴ Βεροίας. καὶ ἐδόθη αὐτῷ τῷ σουλτάνῳ, καὶ ἀνέγνω ἅπαν καὶ ἔγνω, καὶ σεβα-
17 σμίους εἶχε τοὺς λόγους καὶ ἐθαύμαζεν. ὅθεν πολλάκις καὶ μετεκαλέσατο αὐτὸν τὸν πατριάρχην, καὶ ἐδωρήσατο αὐτῷ

metu dicendi ac disserendi concessa. unde hic fiducia sumpta ingenue coram maiestate illius longos sermones habuit, fidei Christianae demonstrationem commendationemque continentes. mysterium S. trinitatis protulit, tractans pro dignitate. et logum dei, qui una trinae deitatis persona sit, viri dei filius, esse illum qui carnem e purissima et sancta virgine, propter nos et salutem nostram, assumpserit. ipsum mortuum esse et resurrexisse. ipsum esse illum qui venturus sit iudicatum vivos et mortuos. alia insuper fidei mysteria commemoravit eique aperuit. quam patriarchae orationem non tantum reverenter rex auscultavit, sed ab eo etiam tempore magis ipsum dilexit et veneratione dignum existimavit. destitit quoque a malignitate, quam adversus Graecos gerebat; et exinde propensiore erga ipsos animo extitit, sicut ex multis signis apparuit. gaudebat autem, sicut ex verbis eius ad multos in familiari colloquio cognitum est, egregium et sapientem a Graecis factum esse patriarcham, in respondendo promptum. unde et speciem approbantis disputationem illam et verba de articulis fidei habita praebuit, quod omnem eam dissertationem literis ab illo, suis capitibus distinctam, mandari sibique dari voluit. quod et factum est; extatque scriptum illud, et in Turcarabicam linguam a Berroeae praefecto Achumata translatum est. quod sultanus sibi exhibitum perlegit totum, et sententiam eius in-

δῶρα, καὶ ἠγάπα, καὶ πᾶσαν εὔλογον ἀξίαν αὐτοῦ καὶ δέησιν ἐξεπλήρου. καὶ ἔλεγον καὶ ἐκ τούτων πολλοὶ πολλὰ περὶ τούτου τοῦ σουλτάνου, ὅτι ἐνωτισθεὶς καὶ πληροφορηθεὶς τὰ περὶ τῆς ἀληθοῦς πίστεως Χριστιανῶν ἐν ἀμφιβολίᾳ ἦν περὶ τῆς ἑαυτοῦ.

Οὐ πολλοῦ δὲ χρόνου παρελθόντος ἐστράτευσε πάλιν κατὰ Πελοποννήσου. ὄντων δὲ ἐκεῖ Δημητρίου καὶ Θωμᾶ τῶν δεσποτῶν, καὶ μὴ δυναμένων ἀντιμαχέσασθαι, συνεφώνησαν καὶ εἰς λόγον ἦλθον, ἵνα παρέχωσιν αὐτῷ τέλος ἕκαστος χρυσίνους χιλιάδας δύο. δέδωκαν δὲ αὐτῷ καὶ ἴδια ὅσον περιεπάτησεν, ἤτοι τὴν Ἀχαΐαν πᾶσαν, παλαιὰν Πάτραν, Καλάβρυτα καὶ λοιπὰς πόλεις. καὶ οὕτως εἰρηνεύσας ἀνέστρεψεν, οὐδὲν ἄλλο ποιήσας τότε. καὶ τὰ μὲν τοῦ βασιλέως οὕτως ἦσαν ἐξοικονομούμενα.

Ὁ δὲ πατριάρχης, ὁ ἁγιώτατος Γεννάδιος, πατριαρχεύσας ἔτη πέντε καὶ ποιμάνας καλῶς τὸν τοῦ κυρίου λαόν, καὶ ὕστερον τὴν φίλην ἀσπασάμενος ἡσυχίαν, μεταπαλεσάμενος σύνοδον ἀρχιερέων ἐποίησε παραίτησιν. καὶ ἀνεβιβάσθη εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον ὁ κύριος Ἰσίδωρος, ὁ ἅγιος πνευματικός, ὃν ἔλεγον κοινὸν ἀγαθὸν πατέρα οἱ ἐν τῇ πόλει. ὃς καὶ πατριαρχεύσας ὀλίγον ἐκοιμήθη τὸν μακάριον ὕπνον, καὶ

tellexit, in admiratione denique et veneratione habuit. saepe proinde patriarcham ad se vocavit, benigno alloquio donisque prosecutus est: sed et quamlibet ipsius rationi consentaneam petitionem re explevit. quo factum ut multi multa de hoc sultano sparserint, eum certa cognitione persuasioneque de veritate fidei Christianae imbutum iam hinc in dubio de sua religione fuisse.

Tempore non multo post, rursus expeditionem in Peloponnesum suscepit. quam cum fratres duo Palaeologi, Demetrius et Thomas, a tali imperio despotae dicti, tenerent, nec resistendo essent, interventu collocutionis ambo pacti sunt cum ipso binis aureorum milibus, quotannis tributi nomine dandis. etiam proprium illi tradiderunt quantum agri cum exercitu obiisset, Achaiam videlicet, priscas Patras, Calabryta, et alia oppida. sic pace facta exercitum reduxit, nulla alia re tunc gesta. haec rerum administratio, hic status apud regem erat.

Patriarcha vero, sanctissimus Gennadius, postquam muneri suo bene in pascendo dei populo quinquennium praefuisset, vitaeque dehinc tranquillae curarumque experti se dedere vellet, convocato pontificum concilio se patriarchatu abdicavit subductus itaque in patriarchicum solium fuit Isidorus, vir sanctus, pneumatici munere fungens; quem, qui urbem incolebant, communem patrem bonum

ἀντὶ τούτου προέστη τοῦ πατριαρχείου Ἰωάσαφ ὁ τὸ ἐπίκλην Κόκας. ὃς ἔπεσεν εἰς σκάνδαλα μετὰ τῶν κληρικῶν, καὶ ἐξῆλθεν ἀσθενῶν. ὁ δὲ παραίτησιν ποιήσας πατριάρχης Γεννάδιος, κατελθὼν ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου προδρόμου πλησίον Σερρῶν καὶ ἐκεῖ ἡσυχάζων, ἐν εἰρήνῃ ἐκοιμήθη μετατεθεὶς εἰς τὰς αἰωνίους μονάς. καὶ τὰ μὲν τῆς ἐκκλησίας οὕτω.

Μαθὼν δὲ ὁ σουλτᾶνος ὡς οἱ δύο ἀδελφοὶ οἱ δεσπόται οὐ συμβιβάζονται ἀλλὰ καθ' ἑκάστην ἔχουσι σκάνδαλα, καὶ ὅτι οὔτε τὸ χαράτζιον παρέχουσιν ὅπερ ὑπέσχοντο, καὶ τὸ χεῖρον, ὅτι καὶ ὁ κύριος Δημήτριος διεμηνύσατο ὡς ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Θωμᾶς οὐχ ἵσταται εἰς τὰς συμφωνίας ἃς ἐποιήσατο, ἀλλ' ὅτι καὶ ἡ παλαιὰ Πάτρα καὶ τὰ Καλάβρυτα, ἃ δέδωκαν τῇ βασιλείᾳ, ὑπέκλιναν αὐτῷ καὶ ὅτι καὶ ἐκ τῶν χωρίων αὐτοῦ τοῦ ἀδελφοῦ ἁρπάζει· καὶ ἔλεγεν αὐτῷ γράφων ἵνα κατέλθῃ καὶ λάβῃ αὐτούς, θυμοῦ πλησθεὶς ὥρμησε κατὰ Πελοποννήσου. ὑπῆρχε δὲ τότε ὁ τοῦ δεσπότου γυναικάδελφος, Ματθαῖος ὁ Ἀσάν, ἐν Κορώνῃ· καὶ μὴ ἔχων τί καὶ ποιήσειε, παρέδωκεν αὐτῷ τὸ θαυμαστὸν κάστρον. αὐτὸς δέ, ἄρας τὸν Ἀσὰν καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ στρατιώτας, ἐπορεύθη ὅπου ἦν ὁ δεσπότης ἐν τῷ Μιζιθρᾷ τῇ Λακεδαιμονίᾳ· ἄλλως γὰρ οὐκ εἶχε ποιῆσαι. αἰτήσας οὖν τινὰ ζητήματα παρὰ τοῦ αὐθεντός, ὅπως λάβῃ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ εἰς γυναῖκα καὶ δώῃ αὐτῷ καὶ τὰ

appellitabant. qui cum breve tempus in illa dignitate sedisset, somno illo beato sopitus obiit. successit ei Ioasaphus, cognomine Cocas; qui in contentiones cum clericis delapsus aegrotans exivit. ille autem alter, qui patriarchatui renuntiaverat, se in coenobium S. Ioannis Prodromi, quod ad Serras est, contulit; ubi quieti deditus placide diem suum obiit, in aeterna translatus domicilia. hic ecclesiae ea tempestate status erat.

Cum ad sultanum allatum esset inter Palaeologos fratres duos despotas non convenire, sed quotidianas inter eos concertationes esse, nec item tributum, quod convenerat, ab eis pendi, et, quod peius, a Demetrio significari fratrem Thomam conventis non stare, sed veteres Patras et Calabryta, quae ipsius maiestati dedita essent, animum ad hunc inclinare, eumque ex dicione fratris praedas agere; cumque his de causis ab eodem Demetrio literis ad ipsos et oppida capienda evocaretur, ira ille percitus infestis armis in Peloponnesum contendit. erat tunc Matthaeus Asan, cuius sororem in matrimonio Demetrius habebat, Coronae; qui Asan ope destitutus, cum aliud nihil posset, deditionem praeclari huius oppidi fecit. ipse, Asane militibusque eius assumptis, Spartam Lacedaemoniae regionis, ubi despota Demetrius morabatur, profectus est: aliter enim facere non poterat.

πρὸς διατροφήν, ὁμοίως καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ, ἠρραβωνιάσατο καὶ τὴν θυγατέραν αὐτοῦ, τάξει Ἀγαρηνῶν. δέδωκε δὲ αὐτὴν ὁ σουλτᾶνος εὐνούχοις μετὰ δορυφορίας, καὶ ἐκομίσαντο αὐτὴν εἰς τὰ ἑαυτοῦ βασίλεια ἐν Ἀδριανουπόλει. οὐδ' ὅλως δὲ ἐκοιμήθη μετ' αὐτῆς, φοβούμενος μή πως γένηται ἐξ αὐτῆς φαρμακεία ἤ τις δόλος. ἔφερον οὖν ἅπαντας ἐν τῇ Ἀδριανουπόλει, τόν τε δεσπότην καὶ τὴν βασίλισσαν. ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ Ματθαῖος ὁ Ἀσὰν εἶχε γυναῖκα τὴν τοῦ εὐδαίμονος Ἰωάννου θυγατέρα. καὶ οὐ μόνον τούτους ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἄρχοντας τοῦ δεσπότου, μικροὺς καὶ μεγάλους, οἵτινες καὶ ἑκουσιακουσίως ἠκολούθησαν, τὰ πρὸς τροφὴν μὴ ἔχοντες. καὶ ταῦτα μὲν τὰ τοῦ δεσπότου Δημητρίου.

Ὁ δὲ κύριος Θωμᾶς μαθὼν τὴν ἄφιξιν τοῦ αὐθεντός, φυγὼν ἐπορεύθη μετὰ γυναικὸς παιδίων καὶ οἰκείων ἐν Ῥώμῃ. ἀσμένως δὲ αὐτοὺς ὑπεδέξαντο οἱ Ἰταλοί, ποιήσαντες αὐτοῖς καὶ σιτηρέσια. πλὴν ἐν ὀλίγῳ ἐτελεύτησεν. εἶχε δὲ καὶ δύο θυγατέρας. ἡ μία ἔλαβε τὸν κράλην, ἡ δὲ ἑτέρα τὸν αὐθέντην Ῥωσσίας. εἶχε δὲ καὶ ἐγκονήν, ἣν ὁ σουλτὰν Μεχεμέτης ἔλαβε, κυριεύσας τῆς Μπόσναν καὶ πᾶσαν τὴν περίχωρον, καὶ ἀπέκτεινε καὶ τὸν κράλην. τὴν δὲ κράλιτζαν ταύτην ἔφερεν ἐν Κωνσταντινουπόλει λαβών, ἐποίησε δὲ αὐτῇ καὶ σιτηρέσιον ἕως τέλους ζωῆς αὐτῆς. ἔχουσα δὲ ἡ αὐτὴ

postquam ab ipso quaedam postulasset, ut scilicet filiam eius duceret uxorem, daretque ei et aulae eius alimenta, filiam eius sibi ritu Agarenorum despondit; quam eunuchi, cum satellitum comitatu sibi a sultano traditam, Adrianopolin in regiam ipsius deduxerunt. sed nullo modo ille cum ea concubuit, venenum aut aliquem dolum ex ipsa metuens. detulerunt ergo universos in Adriani urbem, tum despotam, tum ipsam reginam. filius autem eius, Mathaeus Asan, habebat in matrimonio Ioannis Eudaemonis seu Felicis filiam. nec hos tantum, sed omnes etiam apud despotam nobiles, inferioris et superioris dignitatis, illo transtulerunt; qui et ultro, quanquam praeter voluntatem suam, secuti sunt, necessariis ad victum et amictum destituti. haec cum Demetrio gesta.

Thomas autem adventu regis cognito profugit, et cum uxore liberis familiaque reliqua Romam perrexit. benigne exceperunt ipsos Itali, assignatis ad vitam degendam alimentis. sed non multo post idem rebus humanis exemptus est, relictis inter liberos duabus etiam filiabus. harum una Serviae regi nupsit, altera principi Russiae seu Moscoviae. habuit et neptem; quam sultanus Mechemeta, Bosnae regno et omni circumiacente regione potitus, accepit, occiso ipso etiam rege. hanc vero reginam Constantinopolin deportavit, eique victum

κράλιτζα τὴν τοῦ πατρὸς αὐτῆς ἀδελφήν, τὴν κυρίαν Μάρω, τὴν γυναῖκα σουλτὰν Μουράτη, μητρυιὰ οὖσα τοῦ σουλτὰν Μεχεμέτη δέδωκεν αὐτῇ χωρία πολλὰ εἰς διατροφήν, ἐγγὺς τῶν Σερρῶν, τήν τε Ἔζωβὰν καὶ τὰ πλησίον χωρία πάντα. ἔζη δὲ ἐν ἐξουσίᾳ ἡ βασιλὶς αὕτη μέχρι τέλους ζωῆς αὐτῆς.

19 Ὁ οὖν προρρηθεὶς δεσπότης Θωμᾶς εἶχεν υἱοὺς δύο, ἐξ ὧν ὁ νεώτερος υἱὸς αὐτῷ Μανουὴλ ἀποδράσας ἐκ Ῥώμης ἦλθεν ἐν Κωνσταντινουπόλει, πλανηθεὶς παρὰ τῶν οἰκείων αὐτοῦ ἀνθρώπων, Μαγκαφᾶ Κόντου καὶ Νικολάου, εἰπόντων αὐτῷ ὅτι ἐὰν εἰς τὴν πόλιν εἰσέλθῃς, ὁ σουλτᾶνος ποιήσει σοι πολὺ ἀγαθόν, ὅτι ἀνεχώρησας ἀπὸ Φραγγίας. οὕτως οὖν ὁ νέος ἀπατηθεὶς ἦλθεν. ὑπεδέξατο δὲ αὐτὸν ὁ αὐθέντης χαριέντως, καὶ δέδωκεν αὐτῷ εἰς διατροφὴν τό τε Συρέτζιον, τὸ Ἀμπελίτζιον καὶ ἕτερα χωρία δύο καὶ ῥόγαν ἐξόχως, ἀνὰ ἑκατὸν ἄσπρα τὴν καθ' ἑκάστην ἡμέραν, δοὺς αὐτῷ καὶ δούλους δύο καὶ δούλας ὡραίας δύο. κοιμηθεὶς δὲ καὶ ἀμφοτέρας ἐγέννησε καὶ ἐκ τῶν δύο υἱούς, καὶ τὸν μὲν ὠνόμασεν Ἰωάννην, τὸν δὲ ἕτερον Ἀνδρέαν. ἔζη δὲ καλῶς, διαπερῶν μετὰ τιμῆς καὶ ἀρχόντων ἰδίων αὐτοῦ. ἀλλ' οὖν δέδωκε καὶ οὗτος τὸ κοινὸν χρέος, ταφεὶς ἐν τῇ χώρᾳ τοῦ Σιρεντζίου,

1. *Μάρον* C

quotidianum praebendum ad omnes dies vitae ipsius curavit. cum autem eadem domina amitam ibi haberet, Mariam nomine, quae sultani Muratae uxor fuerat et sultani Mechemetae noverca erat, assignavit hic ei multa loca iuxta Serras, unde alimenta haberet, nempe Ezobam et finitimum agrum omnem. ita vixit cum potestate haec regina usque ad finem vitae suae.

Habuit hic, de quo diximus, despota Thomas filios duos. horum qui natu minor erat, nomine Manuelus, Roma profugiens Cpolin venit, suasu suorum familiarium, Mancaphae, Conti et Nicolai, in eum errorem inductus. dicebant enim hi ipsum, ubi in urbem pervenisset, magnam sultani humanitatem beneficentiamque sensurum propter recessum a Latinis. hoc modo homo adolescens deceptus eo se contulit. ceterum clementer a rege acceptus est; qui in perpetuum victum ei attribuit Syrezium Ampelizium et alia duo loca, praeterea, salarii nomine, magna liberalitate in singulos dies centum asperos. addidit duos ministros et duas formosas ancillas. his ille ambabus gravidis factis duos filios genuit, Ioannem et Andream. vitam feliciter egit, in honore habitus, nobiles et conspicuos viros secum alens. sed et ipse tandem commune debitum naturae persolvit, sepultus in oppidi Syrezii templo. pari modo etiam ipsius ex so-

ἔνδον τοῦ ναοῦ. ὁμοίως καὶ ἡ ἀνεψιὰ αὐτοῦ, ἡ κράλιτζα, μετ' οὐ πολὺ κοιμηθεῖσα.

Μετὰ τὸν θάνατον δὲ αὐτοῦ ὁ βασιλεύσας σουλτὰν Σελίμης ἔλαβεν Ἀνδρέαν τὸν δεύτερον υἱὸν τούτου καὶ ἔβαλεν ἐν τῷ σαραγίῳ, ποιήσας αὐτὸν καὶ Ἀγαρηνὸν καὶ ὀνομάσας Μεχεμέτην. ὁ δὲ Ἰωάννης ἀσθενήσας ἐτελεύτησε, ταφεὶς ἐν τῇ παμμακαρίστῳ, τῷ πατριαρχείῳ.

Ὁ δὲ δεσπότης Δημήτριος ὢν ἐν τῇ Ἀδριανουπόλει, δέδωκεν αὐτῷ ὁ αὐθέντης τὴν τῆς Αἴνου ἁλικήν, ἵνα τὸ ἥμισυ τοῦ εἰσοδήματος λαμβάνῃ. καὶ ὃς λαβὼν ἐβίου ζωὴν ἄσωτον ἐν σπατάλῃ καὶ κυνηγεσίοις, χεῖρον ποιῶν ἢ ὅσα ἔπραττεν ἐν Πελοποννήσῳ. ὁ δὲ Ματθαῖος ὁ Ἀσὰν ἐπορεύετο μετὰ τοῦ αὐθεντὸς ἐν πολέμοις καὶ ἦν φρονιμώτατος· ᾧ καὶ εἰπόντες οἱ ἁλικάριοι ἵνα κλέψωσι τὰ ἀσπρὰ τῆς ἁλικῆς, οὐκ ἐπείσθη, ἀλλ' ὕβρισε καὶ ἀπεδίωξε τὴν κακοβουλίαν. καὶ παρήγγειλε καὶ τῷ δεσπότῃ, ἐάν τι τοιοῦτον εἴπωσι, μὴ ἀκούσῃ, ὅτι πεσεῖται εἰς κίνδυνον μέγαν. ἐπορεύθη οὖν οὗτος μετὰ τοῦ σουλτάνου εἰς Βόσναν.

Καιροῦ δὲ τυχόντες οἱ ἁλικάριοι, καὶ ἀνθρώπου ἀκούοντος, ἐγένετο ἡ κλοπὴ τῶν ἀσπρῶν. ὃ δὴ μαθὼν ὁ σουλτᾶνος ἐν βασάνοις ἐμβληθῆναι ἐποίησε τοὺς ἁλικαρίους, καὶ ἐφα-

rore neptis, illa quam diximus regina, haud multo post fato functa est.

Manuelo mortuo, cum Turcicae rei praeesset sultanus Selimus, transtulit alterum illius filium, Andream, in castrum regium; quem Agarenicis sacris initiatum, nomine mutato, Mechemetam appellavit. Ioannes vero in morbum delapsus animam efflavit, humatus in Pammacaristae patriarcheo.

Cum despota Demetrius Adrianopoli aetatem ageret, concessum est ei a rege civitatis Aeni salarium vectigal, ut dimidium eius perciperet. quo ipse accepto vitam egit dissolutam ac profusam, luxui venatuique deditus, deterioribus moribus tunc quam antea in Peloponneso praeditus. longe vero aliter Matthaeus Asan: hic enim militiam regis comitabatur et prudentissime se gerebat. cui cum praefecti salis dixissent se pecunias rei salariae aversuros et cum ipso partituros, nequaquam paruit, sed conviciis insectatus est, avertens a se improbum consilium. quin et ipsi despotae mandavit, si quid tale ad ipsum dicerent, ne audiret: fore alioquin ut in magnum periculum incideret. secutus est itaque Asan regem in Bosnam.

Opportunitatem vero nactis salariis illis et hominem dicto audientem, interversae fuere pecuniae regiae. qua re ad aures sultani perlata, ad quaestionem iussu eius abrepti sunt salarii; qui in tor-

νέρωσαν ὅτι μετὰ γνώμης τοῦ δεσπότου ἐγένετο, μερισθέντος τοῦ κλοπιμαίου ἀργυρίου. δι' ὃ καὶ ὁ σουλτᾶνος ἠβουλήθη ἀποκτεῖναι αὐτόν· διεκώλυσε δὲ τούτον ὁ Μαχουμουτπασίας. ἐστέρησε δὲ αὐτὸν τὴν ἁλικὴν καὶ πᾶν ἄλλο εἰσόδημα. ὅθεν καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτοῦ ἀνεχώρησαν, ἀπελθόντος ἑκάστου ὅπου ἠβούλετο, διὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτοὺς ἔτι τὰ πρὸς ζωάρκειαν. καὶ ἐλθόντα αὐτὸν ἐν Ἀδριανουπόλει ἐπρήσαν μὴ ἱππεύειν αὐτὸν ὅλως, ἀλλ' οὕτω ζῆν ἀτίμως. ὁ δὲ Ἀσὰν ταῦτα μαθὼν ὑπὸ λύπης ἠσθένησε καὶ ἐτελεύτησεν. ὁμοίως καὶ ἡ τούτου θυγάτηρ κατὰ πόδας. εἰσελθεῖν δὲ βουλομένου τοῦ σουλτάνου ἐν Ἀδριανουπόλει ἐξῆλθεν ὁ ταλαίπωρος πεζὸς καὶ ὑπήντησεν αὐτῷ. ἰδὼν δὲ αὐτὸν ὁ σουλτᾶνος ἠλέησεν. ὥρισεν οὖν, καὶ δέδωκαν αὐτῷ ἵππον ἐκ τῶν ἐκλεκτῶν, καὶ ἐκαθέσθη, καὶ περιεπάτει διὰ τοῦ ἵππου ἔμπροσθεν αὐτοῦ. δέδωκε δὲ αὐτῷ καὶ σιτηρέσιον ὀλίγον, εἰς διατροφὴν μόνον. ὡς ἐν ὀλίγῳ δὲ ἐτελεύτησε καὶ αὐτὸς καὶ ἡ δέσποινα. τῆς δὲ θυγατρὸς αὐτοῦ τοὺς κόσμους ἔδωκαν ἐν τῷ πατριαρχείῳ, ἐξ ὧν ἔστι καὶ ὁ σάκκος ὁ ἀρχαῖος ἕως τοῦ νῦν.

Ἐν δὲ τῇ πατριαρχείᾳ τοῦ Ἰωάσαφ ἐπορεύθη ὁ σουλτᾶνος Μεχεμέτης κατὰ τῆς Τραπεζοῦντος μετὰ δυνάμεως πλείστης, ἔκ τε γῆς καὶ θαλάσσης, πλήθους ἀναριθμήτου. ἐβα-

mentis ediderunt peculatum de sententia despotae factum esse, partitione nummorum inter ipsos facta. ob id capitis ipsum afficere supplicio sultanus voluit: sed obstitit Mahumuta Bassa. attamen vectigali salinarum et omni reliquo reditu privavit. quo factum est ut aula ipsius diffluxerit, singulis, quo voluntas ferret, abeuntibus, non suppeditante amplius ad victum cultumque facultate. eidem, postquam Adrianopolin venisset, facultas equitandi prorsus adempta est, ingloriam vitam degere coacto. Asan autem his perceptis prae animi aegritudine in morbum incidit, quo et extinctus est; e vestigioque filia ipsius eodem modo. appropinquante sultani in Adriani urbem ingressu egressus est inde miser ille pedes, eique obvius factus est. quem sultanus conspicatus misericordiam cepit. iussit igitur ei unum de eximiis equum adduci; quo conscenso sultanum equitans praecessit. accepit et exiguum, nescio quid, annonae, ad sustentationem duntaxat vitae. nec longo inde intervallo temporis vitam cum morte commutavit; nec ipse modo, verum ipsa etiam despoena, uxor eius. filiae autem ipsius mundus muliebris in patriarcheum illatus est; ex quo et vetus pontificia vestis (saccum nominant) est, in hunc usque diem.

Tempore quo Ioasaphus patriarcham agebat, sultanus Mechemeta maximo exercitu et validissimo, terra marique, Trapezuntem invasit;

σίλευε δὲ ἐκεῖ ὁ κύριος Δαβίδ, ὁρμώμενος ἐκ τοῦ γένους τῶν Κομνηνῶν· ὃς ἰδὼν τὴν τοιαύτην ἀθρόαν ἔλευσιν καὶ πληθύν, καὶ μὴ δυνάμενός τι διαπράξασθαι, καὶ ἄκων προσεκύνησεν. ἐζήτησε δέ τινα ζητήματα, καὶ ὅπως λάβῃ καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ εἰς γυναῖκα· ἃ δὴ καὶ ὑπέσχετο καὶ μέρος ἐποίησεν. εἶχε δὲ καὶ ἑτέραν θυγατέραν, ἔχουσαν τὸν Οὐζοῦν χασάνην ἐν τῷ Τευρίζῃ, ὃς ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς υἱοὺς τρεῖς, ἐξ ὧν καὶ ἤλπιζε βοήθειαν. ἀλλ' εὗρεν οὐδέν· ἐφοβεῖτο γάρ. ὅθεν καὶ πρέσβεις ἔπεμψε καὶ τὴν μητέρα, διαβεβαιωσάμενος μετὰ δώρων πολλῶν ὅτι οὐκ ἐναντίος ἀλλὰ φίλος. ἀπεδέξατο δὲ αὐτὴν ἀσμένως καὶ φιλοφρόνως. τέλος ἐζήτησε καὶ οὗτος ὁ ταλαίπωρος βασιλεὺς Τραπεζοῦντος τόπον εἰς διατροφὴν αὐτοῦ τε καὶ τῶν οἰκείων αὐτοῦ· ὅθεν καὶ τὰς κλεῖς ἔπεμψεν, αὐτοῦ στέρξαντος τοῦ σουλτάνου τὰς αἰτήσεις. ἐκυρίευσε δὲ τὴν τοσαύτην ἐπαρχίαν χωρὶς κόπων ἢ πολέμων, ἀπὸ Ἀμισοῦντος μέχρι τῶν ὁρίων Ἰβηρίας, κάστρα καὶ χώρας καὶ πλήθη πολλά. ἐποίησε δὲ τὸν λαὸν Τραπεζοῦντος εἰς μερίδια τρία. καὶ τὸ μὲν ἓν μέρος ἔλαβεν αὐτὸς καὶ οἱ μεγιστᾶνες αὐτοῦ δι' ὑπηρεσίαν, τὸ δὲ ἕτερον 21
ἤνεγκον σουργούνιδας (παροίκους) ἐν Κωνσταντίνου, καὶ τὸ τρίτον ἀφῆκεν ἐκεῖ οἰκεῖν οὐκ ἔνδον ἀλλ' ἔξω τῶν τειχῶν. τὸν βασιλέα δὲ Τραπεζοῦντος καὶ πάντας τοὺς ἄρχοντας ἐμ-

cuius rex erat Davides, Comnenia stirpe oriundus. hic tam subito tantarum copiarum adventu perterritus, cum viribus resistendi destitueretur, se, quantumvis invitus, submisit. postulavit quaedam ab eo sultanus; quorum unum erat ut filiam eius duceret uxorem; quae ille annuit et ex parte fecit. habebat et alteram filiam, cum Uzucasane in urbe Tauris nuptam, qui ex ea sustulerat filios tres. inde auxilium sperabat, sed frustra: metu enim perculsus Uzucasanes legatos (inter quos et matrem) ad sultanum misit, confirmans multis cum donis se non esse ipsi adversarium sed amicum. accepit mulierem benigne sultanus et amanter ad extremum miser Trapezuntius rex locum sibi a Turca dari petiit, unde alimenta pro se et familia sua habere posset. petitione cum sultanus acquievisset, missae sunt ab illo ac traditae claves. ita tantam provinciam absque labore ac praeliis adeptus est; quae ab Amisunte initium capiens usque ad Iberiae (hodie Georgianam appellant) fines porrigitur, oppidis urbibus hominibus frequens et numerosa. cives Trapezuntios trifariam partitus est. unam partem ipse sibi ac purpuratis suis in ministros sumpsit, alteram in urbem Constantini colonos deduxit, tertiam illic in patria habitare iussit, non quidem intra urbem, sed extra moenia. ipsum regem Trapezuntium et omnes eius primores, in naves coniectos,

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

βιβάσας ἐν πλοίοις ἤνεγκεν εἰς τὴν Κωνσταντίνου, τὸν Καβαζίτην καὶ πᾶσαν τὴν γενεὰν αὐτοῦ, τὸν μέγαν μεσάζοντα, τὸν πρωτοβεστιάριον, τὸν ἔγγονον τοῦ Ἰάγαρι, ὃς διὰ δόλου ταῦτα ἐποίησεν. ὑπῆρχε δὲ καὶ ὁ ἐκεῖ ἄρχων ἀρχῆς ἀνάξιος. εὗρε δὲ ὡς ἐπίβουλος ὁ πρωτοβεστιάριος τιμὴν πολλὴν ἐκ τῶν τῆς Ἄγαρ καὶ τοῦ πασιᾶ. ἦν δὲ ὡραῖος κάλλει σώματος, καὶ τοξεύειν εἰδὼς ἄριστα, ὡς οὐδεὶς ἐκ τῶν τῆς Ἄγαρ. τοὺς υἱοὺς δὲ τοῦ Ἀμυρούτζη εἰς τὸ σαράγιον ἐμβαλόντες, τοῦτον Ἀγαρηνὸν ἐποίησαν. ἔδωκε δὲ τῷ ἄρχοντι Τραπεζοῦντος, ὡς ὑπέσχετο, χώρας εἰς διατροφὴν πλησίον Σερρῶν, τὴν δὲ θυγατέρα αὐτοῦ οὐκ ἔλαβεν ὡς εἶπεν, ἀλλ' ἔδωκεν αὐτὴν πρὸς τὸν χότζιαν (διδάσκαλον) αὐτοῦ. ὃς πολλὰ μοχθήσας ποιῆσαι Ἀγαρηνὴν οὐκ ἠδυνήθη, ὅθεν καὶ ἐχωρίσθη αὐτῆς. εἶχε δὲ σιτηρέσιον ἐφ' ὅρῳ ζωῆς αὐτῆς. ὕστερον δὲ μάχης συμβάσης μετὰ τοῦ Οὐζοῦν Χασάνη, μέλλων πορευθῆναι κατ' αὐτοῦ, ἀποστείλας ἀπέκτεινε τὸν παλαίπωρον ἄρχοντα ποτὲ Τραπεζοῦντος. τὸ δὲ αἴτιον οὐδεὶς μαθεῖν ἠδυνήθη, πλὴν ὑποψία ἦν.

Ἐν δὲ τοῖς καιροῖς ἐκείνοις ἐξεβλήθη ἐκ τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου ὁ Ἰωάσαφ, οὗ τὴν πολιὰν ἀπέκοψεν ὁ αὐθέντης, καὶ τὸν μέγαν ἐκκλησιάρχην ἐλύπησε σχίσας τὴν ῥῖνα αὐτοῦ, χάριν ὅτι οὐκ ἠθέλησαν δοῦναι ἄδειαν ἐκκλησιαστικὴν λαβεῖν

Constantinopolin deportavit, Cabaziten, inquam, cum tota stirpe, et magnum mesazontem, atque protovestiarium, Iagari nepotem; cuius fraude negotium confectum erat. fuerat autem princeps ille imperio indignus. ceterum protovestiarius, ut mali architectus, magnum honorem apud Agarae progeniem ipsumque bassam invenit. erat ille corporis forma dignitateque praestans; tanta mittendi sagittas peritia praeditus ut peritissimis huius artis Turcis anteferretur. Ameruntzam Turcae, filiis eius in arcem sultani contrusis, Agarenicae religionis fecerunt. dedit porro sultanus regi Trapezuntio ex promisso regionem et oppida, victus vestitusque nomine, iuxta Serras. filiam eius ex pacto non duxit, sed doctori seu praeceptori suo matrimonio iunxit: qui multum laboravit ut Saracenam faceret, sed frustra. ideo et repudiavit ipsam; quae victum, quoad vixit, perpetuum habuit. postea bello contra Uzucasanem orto, cum adversus eum sultanus profectionem susciperet, afflictum illum, quondam Trapezuntis imperatorem, de medio sustulit. causa vera a nemine cognosci potuit: sed suspicio tantum fuit.

Illo tempore patriarchico solio deiectus fuit Ioasaphus, eique canos praecidit sultanus; sed et magno ecclesiarchae iratus nasum fidit, propterea quod noluissent ecclesiastica potestate permittere pro-

τὸν πρωτοβεστιάριον γυναῖκα τὴν θυγατέρα Δημητρίου τοῦ Ἀσάν, τὴν γυναῖκα τοῦ ἄρχοντος Ἀθηνῶν, κάλλει νικῶσαν ἄλλας γυναῖκας, ὅτι ζῶσα ἦν ἡ νόμιμος αὐτοῦ γυνή. παρακαλουμένων δὲ καὶ ἀξιουμένων παρὰ τοῦ αὐθέντου τοῦτο ποιῆσαι καὶ δοῦναι ἄδειαν, ὅτι οὐκ ἔδωκαν, ἐπεὶ ἐβόα ἡ ζῶσα γυνὴ καὶ ἦν παράνομον, οὕτως ἔπαθον, ὡς εἴπομεν, ὀργῇ τοῦ βασιλέως καὶ μᾶλλον τοῦ παπιᾶ, φίλου ὄντος τοῦ πρωτοβεστιαρίου τοῦ ἐπαναγκάζοντος δοθῆναι τὴν ἄδικον ἄδειαν. ὃς καὶ ἀποτυχών, εὐλόγως δῆθεν παρανομεῖν καὶ μετ' ἀδείας, ἐμοίχευεν αὐτήν. ἀλλ' ἡ θεία δίκη οὐκ εἴασεν αὐτὸν εἰς μακράν· ἐν γὰρ μιᾷ τῶν ἡμερῶν παίζων καὶ μετὰ ἄλλων ἀρχόντων καὶ κυβευόντων, ἁπλώσας τὴν χεῖρα αὐτοῦ ῥίψαι καὶ κυβεῦσαι, ἀπέψυξεν ἀώρως καὶ κακῶς τελευτήσας καὶ παραπεμφθεὶς τῷ αἰωνίῳ πυρί.

Ἀναβιβασθεὶς δὲ εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον κύριος Μάρκος ὁ Ξυλοκαράβης Βυζάντιος, ἀνὴρ ἀγαθός, καιρὸν οὐκ ἔμεινε πολὺν διὰ τὰ σκάνδαλα τῶν κληρικῶν, ὅτι οὐκ ἠγάπησαν αὐτόν.

Ὑπῆρχε δὲ τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἱερομόναχός τις ὀνόματι Συμεών, Τραπεζούντιος, χρησιμώτατος πάνυ καὶ φιλόξενος ὡς ἄλλος οὐδείς, καὶ φιλούμενος καὶ παρὰ τῶν Τραπεζουντίων, ἔχων καὶ φίλους ἀπό τε τῶν ἐν ἀξιώμασι τοῦ σαραγίου,

tovestiario ducere uxorem filiam Demetrii Asanis, quae principi Athenarum nupta fuerat, formae venustate aliis mulieribus antecellentem. ideo autem denegaverant, quod illius legitima uxor adhuc vivebat. cum itaque hortaretur eos rex et rogaret ut ei potestatem ducendae mulieris facerent, ipsi, quod recusassent tum quia reclamabat viva mulier, tum quia contra leges erat, ita male, uti diximus, tractati fuerunt, irascente eis cum ipso rege, tum praesertim bassa protovestiarii amico, huiusmodi improbam licentiam flagitantis. qui cum repulsam specie honesta impune peccandi tulisset, nihilo tamen minus adulterio illam polluit. sed non diu divina vindicta abfuit: quodam enim die, in aleatorio cum primoribus ludo, inter extendendum iaciendi tesseras causa manum, repentino ante diem infeliciter expiravit, in aeternum ignem amandatus.

Productus deinde in patriarchicam sedem fuit Marcus cognomento Xylocarabes (quasi dicas Ligninavius), patria Byzantius, vir sane bonus, sed qui non diu sedit: nam in contentiones cum viris sacri ordinis incidit, qui non diligebant ipsum.

Erat illo tempore hieromonachus quidam nomine Symeon, Trapezuntius, vir maxime frugi et utilis; quo nec quisquam magis hospitalis; carus ob huiusmodi virtutes Trapezuntiis, amicitiis etiam flo-

ἐκ τῶν γεγονότων Ἀγαρηνῶν, καὶ ἀπὸ τῶν ἐκτός, ἐχθροὺς δὲ μόνους τοὺς κληρικούς, ὅτι ἤκουσαν ὡς ὑπέσχετο δοθῆναι τῷ βασιλεῖ φλωρία χίλια χάριν τοῦ πατριαρχεῦσαι. οὕτως οὖν ἐν σκανδάλῳ ὄντων συνήχθησαν οἱ Τραπεζούντιοι, καὶ συνάξαντες φλωρία χίλια ἔπεμψαν τῷ βασιλεῖ, ἀξιώσαντες ἵνα ποιήσῃ ὃν βούλονται πατριάρχην. λαβὼν δὲ ταῦτα ὁ βασιλεύς, καὶ καταγνοὺς τὴν ἀγνωσίαν αὐτῶν, εἶπε "ποιήσατε ὃν θέλετε πατριάρχην, ἐπεὶ καὶ σκάνδαλον ἔχετε μετὰ τοῦ νῦν." ἐκβαλόντες οὖν τὸν κύριον Μάρκον λῃστρικῶς ἀνεβίβασαν τὸν Συμεῶνα τὸν Τραπεζούντιον. ὁ δὲ Μάρκος, μὴ ἔχων τι καὶ ποιῆσαι οὔτε παρά τινος βοηθούμενος, ἐκάθητο ἰδιάζων καὶ περιέμενε σύνοδον, ἰδεῖν τὴν ἀδικίαν αὐτοῦ, καὶ ἔγραφε καὶ πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς. ὅθεν ἐν οὐκ ὀλίγῳ καιρῷ συνῆλθε σύνοδος μεγίστη ἐξετάσαι τίνος χάριν ἐξώσθη· βοῶν γὰρ ἦν ὡς ἠδίκησαν αὐτόν. ἐν οὖν τοῖς ἀρχιερεῦσιν ὁ Φιλιππουπόλεως Διονύσιος εὑρέθη, ἔχων φιλίαν μετὰ κυρίας Μαρίας τῆς μητρυιᾶς αὐθέντου. καὶ μαθοῦσα αὕτη τὰ σκάνδαλα τῶν δύο πατριαρχῶν, καὶ ὅτι οἱ τῆς πόλεως ἐγένοντο πρασιαί, οἱ μὲν τὸν ἕνα οἱ δὲ τὸν ἕτερον ζητοῦντες, ἐμβαλοῦσα εἰς πινάκιον ἀργυροῦν χιλιάδας δύο χρυσίνων ἐπορεύθη πρὸς τὸν αὐθέντην. ταῦτα δὲ ἰδόντος αὐτοῦ, ἔφη· "τί ταῦτα, ὦ μῆ-

18. φατρίαι A

rens, tum purpuratorum regii palatii et Agarenicae stirpis, tum aliorum extra viventium. solos habebat adversarios homines ecclesiasticos, quod audissent eum patriarchatus consequendi causa mille aureos pollicitum esse regi. cum huiusmodi inter eos dissensio esset, conventum egerunt Trapezuntii, collectosque mille aureos miserunt regi, rogantes ut patriarcham ipsis, quem vellent, crearet. acceptis his rex, imprudentia ipsorum improbata, dixit "facite vero, qui vobis placuerit, patriarcham, quandoquidem etiam inter vos et eum qui nunc id munus gerit non convenit." illi ergo Marco improbissime electo in locum eius produxere Trapezuntium Symeonem. itaque Marcus, nec per se habens quod ageret, nec a quoquam adiutus, privatam vitam agebat, expectans quando fieret aliqua synodus, in qua de iniuria sibi facta quereretur. sed et ad sacrarum rerum antistites literas dedit. hinc, non modico interiecto tempore, factum ut maxima synodus congregaretur ob inquirendum in expulsionem ipsius, quaenam huius causa esset: non cessabat enim ipsorum exaggerare clamitans iniurias. tunc inter pontifices aderat praesul Philippopoleos, nomine Dionysius, notus et gratiosus apud dominam Mariam, sultani novercam. quae cum rescivisset de dissidio utriusque patriarchae, civesque distractos esse in factiones, aliis huic aliis alteri studentibus, ipsa coniectis in lancem argenteam duobus milibus au-

τερ;" ἡ δὲ ἔφη "ἀξίωσιν ἔχω ποιῆσαί σοι περί τινος καλογήρου ἐμοῦ, ὅπως κυρώσῃς αὐτὸν πατριάρχην. καὶ δύο διαφερομένων ὁ τρίτος γενήσεται πρῶτος." ἆρας οὖν ὁ βασιλεὺς τὰ φλωρία ἔφη "εὐχαριστῶ σοι· ποίει, μῆτερ, ὃ βούλει." καὶ οὕτως ἀνεβιβάσθη εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον ὁ 23
κύριος Διονύσιος ὁρισμῷ τοῦ κρατοῦντος. ὅθεν ὁ μὲν Συμεὼν ἀνεχώρησεν ἐν τῇ μονῇ τοῦ Στενιμάχου, ὁ δὲ Μάρκος ἔλαβε τὴν ἀρχιεπισκοπὴν Ἀχρίδου καὶ ὀλίγον βιώσας ἐτελεύτησεν.

Reversus Cpolin sultanus multos annos pacem coluit; nec eam sua voluntate, sed quod magnis articulorum doloribus cruciaretur; quae debilitas et languor indutias et foedera quamvis invitum facere cum multis coegit.

Patriarcha Symeon cum sexennium ecclesiae praefuisset, placido somno emigravit. convocatum inde concilium ecclesiasticorum procerum, tum ex Oriente tum ex Occidente; inter quos tunc conspicui erant Ephesi praesul Daniel, eruditione praestans, tum Thessalonicae Nipho. suffragiis inde ex ecclesiae ritu latis in patriarchicam dignitatem exaltatus fuit Thessalonicensis. cum autem ea doctrina esset qua haud temere quisquam ea tempestate alius, erudite pro concione et admirabiliter docebat. erat e Peloponneso oriundus; patrem habuerat ex Albania, virum divitem et literis excultum, matrem autem Romani (hoc est Graeci) generis, nobili loco natam, incensus ipse amore vitae solitariae, parentibus relictis, in montem Atho (hodie

ἐπεὶ δὲ Θεσσαλονίκη τὸν ἴδιον ποιμένα ἀπέβαλεν, οἱ Θεσσαλονικεῖς τὴν ἀγαθὴν φήμην ἀκούοντες τοῦ ἀνδρός, μεταπεμψάμενοι καὶ ἀξιώσαντες ποιμένα αὐτὸν ἐκατέστησαν καὶ μὴ θέλοντά. πλὴν ἦκουσε τῶν ἐκεῖ μοναχῶν κινησάντων αὐτὸν διὰ τὴν πολλῶν σωτηρίαν.

Μετὰ δὲ τὸν θάνατον οὗ εἴπομεν πατριάρχου Συμεῶνος ὁ πλοῦτος αὐτοῦ, ἐπειδὴ ζῶν οὐδέν τι ᾠκονόμησεν, ἐγένετο αὐθεντικός, γινώσκοντος τοῦ χασνατάρι Ἀγαρηνῶν, τοῦ Τραπεζουντίου Σκεντερμπεῖ ταῦ υἱοῦ Ἀμυρούτζη, ὅτι κληρονόμον οὐκ εἶχεν. οὐ μόνον δὲ τὰ ἑαυτοῦ ἀλλὰ καὶ πολλὰ τῶν ἀφιερωμένων ἐγένοντο αὐθεντικά. καὶ τούτου ἕνεκα καὶ πολλοὶ τῶν κληρικῶν εἰσῆλθον ἐν φυλακῇ. ταῦτα δὲ θεώμενος ὁ πατριάρχης, ὅπως ἀφιερωμένα ἱερὰ σκεύη, ἄξια ὑπὲρ τριῶν χιλιάδων χρυσίνων ἔλαβον, καὶ τοὺς κληρικοὺς ἐν φυλακῇ εἶχον, καὶ ἄλλα ζητοῦντες, καὶ βουλόμενος κἂν ταῦτα ἐλευθερωθῆναι, ἐπλάσατο ὅτι Βασίλειός τις ἔστιν αὐτοῦ ἀνεψιός, καὶ οὕτως ἐμαρτυρήθη, εἰ καὶ οὐκ ἀληθῶς. γινώσκοντος δὲ τοῦ αὐτοῦ χασνατάρι τὸ ἀληθές, ἠνάγκασε καὶ ἀπέκοψαν μὲν τὰς ῥῖνας τῶν μαρτυρησάντων, αὐτῶν τριῶν ὄντων μοναχῶν, ὠργίσθη δὲ καὶ ὁ σουλτᾶνος τὸν οἰκονομήσαντα ταῦτα καὶ

8. χασνατάρι ὁ θησαυροφύλαξ τοῦ βασιλέως

sanctus mons vocatur) abiit, ibique rebus sacris vacavit, factus ibi sacerdos in monasterio quod nomini Pantocratoris consecratum est. cum autem Thessalonica pastorem suum amisisset, incolae huius urbis, audita virtute et eruditione viri acciverunt, rogarunt, invito pedum pastorale tradiderunt: invito, inquam, vix a monachis eius loci ob multorum salutem persuaso.

Iam vita perfuncto, uti diximus, patriarcha Symeone, quia is vivens nullum fecerat testamentum, opes eius in aerarium regis redigendae erant. regiarum quippe pecuniarum praefecto, Trapezuntio Scederbeio, Amerutzae filio, notum erat neminem illi heredem esse. non ipsius autem tantum bona, sed multa etiam divinis usibus consecrata sultano addicebantur. qua de causa multi etiam ex clero in custodiam includebantur. haec mala cum cerneret patriarcha, sacra vasa, quae plus tribus ducatorum milibus valebant, a Turcis auferri, clericos in custodia detineri, alia insuper ab ipsis attentari, indigne tulit, cupiens saltem Symeonis bona asserere. commentus itaque est quendam Basilium illius patruelem; et sic pro testimonio dictum fuit, etsi praeter veritatem. verum cum rem probe nosset idem gazae praefectus, testibus nares praecidendas curavit, qui erant tres monachi. sed et sultanus commenti huius auctori patriarchae ac consultori irasci. eiectus ergo is est non solio tantum suo sed ipsa etiam urbe. deinde, de sententia quaestoris seu generalis receptoris regni, sedit, ut tributum persolveret. tunc iterum urbe exivit impe-

συμβουλεύσαντα πατριάρχην, καὶ ἐξέβαλον αὐτὸν οὐ μόνον
34 τοῦ θρόνου ἀλλὰ καὶ τῆς πόλεως. εἶτα γνώμῃ τοῦ Τευτενταίρη
τοῦ λογαριαστοῦ τοῦ βασιλέως ἐκάθισε διὰ τὸ δοῦναι τὸ τέλος.
εἶτα ἐξῆλθε πάλιν, προστάξαντος τοῦτο τοῦ σουλτάνου αὐτοῦ
καὶ προσειπόντος ἕνα καὶ ἕτερον ἐκλέξωσι καὶ κυρώσῃ αὐτόν.
βουλὴν οὖν ἔθεντο ἵνα ποιήσωσι τὸν κύριον Διονύσιον ἐνδια-
τρίβοντα τῇ μονῇ τῆς Κοσινίσης. ἀπῆλθον δὲ μετὰ βασιλι-
κοῦ ὁρισμοῦ, καὶ ἐλθεῖν ἐποίησαν καὶ μὴ θέλοντα διὰ τὸ
βαθὺ γῆρας. ἔζη δὲ ἔτι καὶ ὁ κύριος ὃς ἠγόρασεν αὐτὸν
αἰχμαλωτισθέντα, ὡς εἴπομεν, ὃς καὶ ἐν πολλοῖς ᾠκονόμει τὰ
ἐκκλησιαστικά. ὁ τοιοῦτος δὲ πατριάρχης ἦν ἀρεταῖς κεκο-
σμημένος ἀκτημοσύνῃ νηστείᾳ προσευχῇ ταπεινότητι ἐλεημο-
σύναις καὶ ἄλλοις ἀγαθοῖς. πατριαρχεύσας δὲ ἔτι χρόνους
δύο καὶ μῆνας ἓξ παρῃτήσατο.

Ὁ δὲ σουλτᾶνος Μπαγιαζίτης ἐποίησε μάχην πρόσκαιρον
μετὰ τῶν Τζιντίδων, καὶ ἔπεμψε στρατείαν καὶ πλήθη πολλά,
καὶ ἐγένετο συμπλοκὴ πολέμου εἰς τὰ Ἀτανὰ ἐν τοῖς μέρεσι
Καραμανίας· ἦν δὲ πρωτοστράτωρ, ὡς παρ' αὐτοῖς λέγεται
μπεγλέρμπεϊς, ὁ ἐπὶ θυγατρὸς γαμβρὸς αὐτοῦ ὁ Χερσεόγλης.
καὶ πολέμου συγκροτηθέντος συνέλαβον αὐτὸν ζῶντα, καὶ ἠφά-
νισαν καὶ φοσάτα πολλά, πλήθη ἀνδρῶν ἐμπείρων πολέμου καὶ
ἀνδρείων. ἐφύλαττον δὲ αὐτὸν ζῶντα, καὶ ἀπέδωκαν, ὅτε
ἐποίησαν εἰρήνην.

2. *Ντεευτεντάρη* C

rio ipsius sultani: qui et alium deligi patriarcham iussit, cuius se designationem ratam habiturum et confirmaturum. consilium igitur Dionysii ceperunt creandi, qui in caenobio Cosinizae commorabatur. abierunt hoc animo, rege sic iubente: accersiverunt Dionysium, et recipere id munus, quantumvis licet excusatione longae senectutis uteretur, coegerunt. etiam herus ipsius, qui olim captum redemerat sicut diximus, adhuc in vivis erat; idemque in multis regebat ecclesia negotia. erat ille patriarcha multis virtutibus egregie ornatus, paupertate voluntaria, ieiuniis, precationibus, humilitate animi, erogationibus in egenos, aliisque studiis laudatis. cumque duos annos functioni patriarchatus et menses sex adiecisset, illa sese abdicavit.

Sultanus dein Baiazita bellum aliquandiu cum Zinzidis gessit, misso numeroso et valido exercitu. commissum est praelium apud Atana, in partibus Caramaniae seu Ciliciae, duce genero Baiazitae Cherseogle, qui protostratoris, quem ipsi bellerbeium vocant, dignitate eminebat. hic in eo praelio vivus in potestatem hostium venit, multis rei militaris peritissimorum et fortissimorum Turcarum agminibus deletis. quem cum vivum servassent, postea pace composita reddiderunt.

Κατὰ δὲ τὸ ζιζ ἔτος ἐγένετο σεισμὸς μέγας καὶ ἔπεσον πολλὰ ἐκ τῶν τειχῶν τῆς πόλεως καὶ ναοὶ τῶν τε Ἀγαρηνῶν καὶ ἐκ τῶν ἡμετέρων καὶ οἰκήματα πολλά, καὶ πολλοὶ κατεπλακώθησαν καὶ ἀπέθανον ἀώρως καὶ ἀθλίως.

Κατ' ἐκείνους δὲ τοὺς χρόνους ἦλθέ τις ἐκ Περσίας ὀνόματι Σαχ-Κούλης, δοῦλος τοῦ Σὰχ Ἰσμαήλ, μετ' ὀργῆς μεγάλης, φέρων μεθ' αὐτοῦ καὶ λαὸν πολὺν ἀπό τε Καραμανίας καὶ ἐκ τῶν Βαρσακίδων καὶ Τουρκατηρλίδων· ἦλθε δὲ μέχρι Κοτναίου. ὑπῆρχε δὲ τὸ πλῆθος μέχρι χιλιάδων εἴκοσι. τούτου δὲ ἕνεκα ἐξῆλθεν ὁ μπεγλέρμπεϊς Καρακιὸς-μπασιᾶς ἐκ τῶν μερῶν ἐκείνων καὶ ἀντέστη. ἔπεμψε δὲ καὶ ὁ σουλτᾶνος τὸν Ἀλιμπασιᾶν μετὰ στρατευμάτων, γενιτζάρων, σπαχίδων καὶ πεζῶν τοξότων καὶ ἄλλων. αὐτὸς δέ, καίπερ τόσοι ἀντεστρατεύσαντο, οὐκ ἐδειλίασεν, ἀλλ' ἔμεινε χωρὶς φόβου τινὸς ἁρπάζων καὶ ἀφανίζων τὰ ἐγγὺς καὶ πόρρω. παραγενόμενος δὲ ὁ πασιᾶς οὐκ εὐθέως συνεκρότησε πόλεμον μετ' αὐτοῦ, ἀλλὰ μεταχαλεσάμενος τοὺς πρώτους τῶν Καραμάνων ἐδίδου αὐτοῖς δωρεὰς καὶ ἱμάτια χρυσᾶ, ὅπως συμβοηθήσωσιν αὐτῷ ἢ δολιεύσονται αὐτῷ ἢ πιάσωσιν αὐτόν. εἶπον οὖν ἐκεῖνοι ὅτι ὁ Σαχ-Κουλῆς ἔχει θάρρος εἰς ἡμᾶς ὅπως βοηθήσωμεν αὐτῷ ἐν τῷ πολέμῳ. ἡμεῖς δὲ ποιήσομεν παντοιοτρόπως ἵνα συλλάβωμεν αὐτὸν ζῶντα, εἰ δυνατόν, καὶ

Anno 7017 terrae motu horrendo concussa fuit urbs; quo collapsae sunt multae partes moenium, tum templa, non tam Agarenica quam etiam nostratia, aedificiaque complura, eorumque ruinis multi mortales ante tempus miserabiliter oppressi. 1508

Venit illa tempestate quidam e Persia nomine Sachcules, servus Sach Ismaelis, iracundo se inferens impetu, adducens magnum e Catamanis Caramanis Barsazidis et Turcatylidis exercitum, numero ad ducenta hominum milia; et ad Cotiaium usque progressus est. huic bassa Caracius, bellerbeii gradu ornatus, obviam ivit atque illis in locis se opposuit. sed et Halli bassam sultanus cum copiis ianizarorum, Spachorum, sagittariorum peditum et aliorum militum, subsidio emisit. ille vero, licet tantos exercitus sibi oppositos videret, nullum timorem prae se tulit, sed confidenti animo manebat, praedas agens et populans tam propinqua quam longinqua. quo cum accessisset bassa, non continuo cum illo acie decernendum duxit, sed accitis ad se primoribus Caramanorum munera offerebat et vestitum aureum, cupiens eos in societatem suam pellicere, aut persuadere ut dolo circumvenirent hostem aut captum sibi traderent. responderunt illi "equidem confidit nobis Sachcules; nec dubitat quin ei auxilio in pugna futuri simus. nihil ergo intentatum relinquemus

δώσομεν αὐτὸν ἐν ταῖς χερσί σου. πιστεύσας οὖν αὐτοῖς δέδωκε πόλεμον μετ' αὐτοῦ. οἱ Καραμάνοι δὲ ἦσαν προσκείμενοι καὶ μεθ' ἑκατέρων τῶν μερῶν, ἐφαίνοντο δὲ ὅτι βοηθοῦσι τοὺς Ὀσμανλίδας· συμπλοκῆς τοίνυν γενομένης ἔφυγον μὲν οἱ Καραμάνοι, νικᾷ δὲ ὁ Σαχ-Κουλῆς· ὅπου καὶ ἀπεκόπη καὶ ἡ κεφαλὴ τοῦ πασιᾶ. εἶτα παλινοστήσαντες οἱ Καραμάνοι καὶ κεκμηκότας εὑρόντες τοὺς τοῦ Σαχ-Κουλῆ, καὶ ἐπιπεσόντες αὐτοῖς ἀνελπίστως, ἐνίκησαν αὐτούς, καὶ ἔφυγον. ἔλαβον δὲ καὶ ἑκατέρων τῶν μερῶν τάς τε σκηνὰς ἅρματα ἵππους καμήλους καὶ λοιπὴν σκευήν, καὶ ἀπῆλθον ἐν τοῖς ἰδίοις.

Ταῦτα δὲ ἀκούων ὁ σουλτᾶνος Μπαγιαζίτης οὐκ ἠδύνατο ποιεῖν οὐδέν, ἐπεὶ ἦν ἐν κλίνῃ, ὑπὸ ῥευματισμοῦ ἀσθενῶν κακῶς. καὶ τόσον ὑπῆρχεν ἀκίνητος ὅτι ἔδοξεν αὐτῷ δοῦναι τὴν ἡγεμονίαν πρὸς τὸν τούτου υἱὸν σουλτὰν Ἀχουμάτην καὶ ἔτι ζῶντα ἀναχωρῆσαι. ἦν δὲ ὁ σουλτὰν Σελίμης κυριεύων ἐν Τραπεζοῦντι, καὶ ἔμαθε καὶ τὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ βουλήν, ὅπως δοῦναι ἔχει τὴν ἀρχὴν πρὸς τὸν ἄλλον ἀδελφόν, καὶ ἐζήτησε τὸν Καφὰν δοθῆναι τῷ σουλτὰν Σουλεϊμάνῳ, ἵνα μανθάνειν ἔχει πᾶν γινόμενον. εἶχε δὲ καὶ κατασκόπους ἐν πόλει καὶ ἐν τόποις ἄλλοις πολλοῖς. ὡς δὲ ἔμαθεν ὅτι ἤδη γέγονεν ὃ γενέσθαι προελέγετο, ἅρας λαὸν

quo capiamus vivum, si modo fieri poterit, et in manus tuas tradamus." bassa verbis eorum fidem habens ad praelium cum Persa descendit. stabant tunc Caramani ab utraque parte; et qui cum Sachcule erant, videbantur cum Ottomanica parte facere. verum ubi ad rem ventum est, fugam iniverunt Caramani, praelio victor Sachcules extitit, inter alios bassa etiam cruentam capitis diminutionem passo. deinde e fuga reversione facta Caramani, cum eos qui cum Sachcule erant defatigatos reppersissent, impetu repente in eos facto haud difficulter vicerunt integri fessos, in fugamque dederunt. utriusque igitur partis papiliones abstulerunt et currus et equos et camelos et reliquum apparatum, hisque ditati ad sua redierunt.

Haec audiens sultanus Baiazita, etsi indigne tulit, ad ulciscendum accingi non potuit, eo quod decumbebat epiphora et gravedine oppressus. adeoque lecto affixus erat ut nullo modo se inde movere posset, sed de regno, etiamnum spirans, relinquendo et ad filium Achumatam transferendo cogitaret. erat illo tempore Trapezunte cum potestate Selimus; ubi de consilio patris certior factus fuit, eum velle imperium deferre ad alium filium, ipsius fratrem. petiit ergo Capham, ut esset cum Sucheimano; quo quicquid rerum gereretur audire posset. habebat et Byzantii et aliis pluribus in locis suos exploratores. post-

ἀπὸ Σκυθῶν ἀπὸ τοῦ Χάνη καὶ παντοίων ἄλλων, καὶ τοὺς ἰδίους αὐτοῦ καὶ πολλοὺς τῶν συμμάχων καὶ φίλων, ἦλθε διὰ τῶν ἀβάτων τόπων καὶ μεγίστων ποταμῶν ὥρᾳ χειμῶνος, καὶ κατήντησεν εἰς τὸ Κελλεῖον καὶ Ἀσπρόκαστρον. ὁ δὲ σουλτὰν Ἀχουμάτης μηνυθεὶς παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἦλθεν ἄντικρυ τῆς πόλεως ἐν χώρᾳ λεγομένῃ Βρύα, καὶ διαβὰς ἐν πόλει νυκτὸς κρυφίως εὑρέθη καὶ συνωμίλησε μετὰ τοῦ ἰδίου πατρός. τοῦτο δὲ οὕτως ἐγένετο, ἐπεὶ οἱ γενίτζαροι ὅλως οὐκ ἠγάπησαν αὐτὸν μὴ βοηθηθέντες ἐν τῷ πολέμῳ τοῦ Σαχ-
Κουλῆ. πλὴν δοκεῖ μοι ὅτι οὐκ ἦν αὐτῷ ἐκ θεοῦ ἡ βασιλεία· ὅθεν καὶ ὑπέστρεψε κενὸς ἐν Ἀμασίᾳ ἀπελθών, μηδὲν διαπραξάμενος ὧν χάριν ἦλθε.

Ὁ δὲ σουλτὰν Σελίμης ἔφθασεν ἐν Ἀδριανουπόλει, οὐ- 36
δενὸς ὄντος τοῦ κωλύοντος, ἀλλὰ πάντων ἀναχωρούντων αὐτῷ ὡς κυρίῳ. μαθὼν δὲ ταῦτα ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ὡς ἀδεῶς βούλεται βασιλεῦσαι καὶ ἄκοντος τοῦ πατρός, ἐξῆλθε τῆς πόλεως μετὰ τῶν περὶ αὐτόν, οὓς λέγουσι πόρταν, καὶ μετὰ τοῦ εὑρεθέντος στρατεύματος, ἵνα ἀκούσας ὁ υἱὸς τὴν ἐξέλευσιν τοῦ πατρὸς φοβηθεὶς ἀναχωρήσῃ. ἀλλ' αὐτὸς οὐκ ἐδειλίασεν, ἀλλὰ μεθ' ὁρμῆς πολεμῆσαι προηγεῖτο. ὅθεν ὁ σουλτὰν Μπαγιαζίτης ἐσκήνωσεν ἐγγὺς χωρίου λεγομένου Σίρτκιοι πλησίον ποταμοῦ, ὁ δὲ σουλτὰν Σελίμης καταντικρὺ ἐσκή-

eaquam rescivit iam factum esse quod futurum praedicabatur, ipse auxiliis Scythicis a Chane pluribusque aliis assumptis, hisque ad exercitum suum et ad sociorum amicorumque copias adiunctis, loca transitu aspera et difficilia maximaque flumina hiberno tempore superavit, et ad Ciliam Asprocastrumque pervenit. sultanus autem Achumata patris accitu ad locum ex adverso urbis situm, nomine Bryam, venit. inde noctu in urbem occulte traiiciens patrem convenit et cum eo sermones nequicquam habuit. eius rei causa fuit quod plane animis alieni ab eo ianizari essent, auxilio destituti ab ipso in bello cum Sachcule. quamquam verior mihi causa videtur, quod non esset ei divinitus regnum destinatum. rediit ergo vacuis manibus Amasiam, cum nihil eorum ob quae venerat obtinuisset.

At sultanus Selimes Adrianopolin contendit; quam et obtinuit citra omne impedimentum, nemine non ei de via cedente, ut ad quem eius rei ius spectaret. haec ut rescivit pater, illum, spreta omni reverentia, aperte se invito grassari ad regnum, urbe cum iis quos circa se habebat, quos Portam vocant, egressus est, adiuncto, qui tunc ad manus erat, exercitu, sperans fore ut filius, audito patris egressu, metu pedem referret. ille vero minime perterrefieri, sed ferociter se ad pugnandum promovere. ideo Baiazita castra posuit

νωθε, ζητῶν καὶ λόγοις καὶ ἔργοις τὸν πόλεμον. πρωΐας δὲ γινομένης συνάπτουσι πόλεμον. ἦν δὲ ὁ γέρων ἐν ἁμάξῃ· ἐκ πολλοῦ γὰρ ἐφ' ἵππου οὐκ ἐκάθισε. καὶ νεύσας μετὰ τῆς ἁμάξης, βίᾳ τῶν γενιτζάρων, ἐπλησίασε τῷ υἱῷ αὐτοῦ, καὶ εἰ ἤθελεν, ἐφόνευον αὐτόν· ἀλλ' ἔδωκαν αὐτῷ χώραν καὶ ἔφυγεν. καὶ μετὰ τὸν σφοδρὸν πόλεμον ὁ Σελίμης ἔφυγε καὶ πᾶν τὸ στράτευμα αὐτοῦ διωκόμενοι καὶ ἀποκτεινόμενοι. καὶ ἦν ἰδεῖν αὐτοὺς μεραδίως διεσπαρμένους ἐν ὄρεσι καὶ σπηλαίοις καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς, γυμνοὺς ἀόπλους ἀθλίους, οὓς ὅπου εὕρισκον οἱ ἐντόπιοι ἐκδύοντες καὶ δεινὰ ποιοῦντες ἦσαν.

Ὁ δὲ σουλτὰν οὗτος Σελίμης φεύγων καὶ διωκόμενος κατέφυγεν εἰς λιμένα Μηδείας, καὶ εὑρὼν πλοῖον ἐπέβη αὐτῷ καὶ διεπέρασεν ἐν Βάρνῃ μετά τινων ἀνθρώπων αὐτοῦ. ὁ δὲ γέρων ὁ βασιλεὺς ἔμεινεν οὗ ἐγένετο ὁ πόλεμος, ἀπεκεφάλισε δὲ πάντας τοὺς μεγιστᾶνας καὶ πρώτους, οὓς ἐπίασεν ἐκ τῶν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ στρατεύματος. εἶτα ἐπέρασεν ὁ Σελίμης ἐν τῷ Καφᾷ. ἀπώλεσε δὲ οὐ μόνον παρασκευὴν πᾶσαν πολέμου, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπους καὶ πλοῦτον καὶ ὃ ἂν εἶχεν. εἰσῆλθε δὲ καὶ ὁ γέρων ὁ πατὴρ ἐν Κωνσταντίνου. ἀλλ' ὅρα θεοῦ βουλήν. ἅμα τοῦ ἐλθεῖν τὸν αὐθέντην τοῦτον ἐν πόλει, ἐποίη-

ad locum Sirtcium nomine, secus flumen. Selimes e regione castramentatus est, pugnandi causam et verbis et factis, quaerens. postero die mane praelium capessitur, sene in curru sedente: nam a longo iam tempore nulli equo insederat. ibi fortissime dimicantibus ianizaris currum ad usque filium adegit; qui et interfectus fuisset, si pater voluisset. verum hic ei spatium effugiendi dedit. itaque post tantum pugnae fervorem fugam Selimes iniit, omnesque copiae eius, victore exercitu insequente et fugientium terga caedente. hic eos erat cernere multifariam dispersos et palantes; in montibus, in specubus, in cavernis sese abdentes, nudos, inermes, perditos et miseros. quos ubicunque deprehenderent, spoliabant indigenae, varieque excruciabant.

Nec destitit fugere Selimes, hoste usque insequente, donec ad portum Medeae pervenit. ubi navim nactus conscendit, et aliquanto suorum numero comitatus Varnam traiecit. senex autem, ipse rex, mansit in loco ubi praelium commissum fuerat. caeterum quoscunque de filii exercitu proceres primariosque viros cepit, eos omnes decollavit. traiecit post haec Selimes Capham, amisso non tantum omni bellico apparatu, sed milite etiam, opibus et quicquid habuerat. pater victoria obtenta Cpolin rediit. sed ecce dei consilium eo ipso tempore quo rex iste in urbem revenit, ianizari consilium cepe-

σαν βουλὴν οἱ γενίτζαροι τοῦ ζητῆσαι τὸν Σελίμην ἄρχοντα τοῦ στρατεύειν ἐν τῇ ἀνατολῇ μετ' αὐτῶν, προφασιζόμενοι ὅτι ἔστι γέρων ὁ βασιλεὺς καὶ οὐ δύναται στρατεύειν, αὐτοὶ δὲ πολεμεῖν θέλουσι καὶ στρατεύεσθαι. καθεζέσθω οὖν ὁ γέρων ἐν τῇ Κωνσταντίνου, καὶ οἱ νέοι μετὰ τοῦ νέου πολεμείτωσαν· ἄνευ γὰρ πολέμων καὶ κερδῶν οὐ βούλονται καθέζεσθαι. ἀνέφερον δὲ ταῦτα, ὅτι οὕτως αἰτοῦσιν οἱ δοῦλοί σου. ὁ δὲ κρατῶν βαρέως ἔφερε καὶ ἠγανάκτει κατ' αὐτῶν. ἀκούσαντες δὲ οἱ γενίτζαροι ὅτι οὐ πείθεται τὴν ἀξίωσιν αὐτῶν, ἐστασίασαν εἰς ἓν συνελθόντες, καὶ ἠβουλήθησαν ἀποκτεῖναι τοὺς βεζηραζέμιδας καὶ διάρπαγμα θεῖναι τὴν πόλιν. μὴ ἔχων δὲ ὁ αὐθέντης ὅ τι καὶ ποιήσειεν, ἔστερξε καὶ ἄκων τὴν ζήτησιν αὐτῶν. τοσοῦτον δὲ ἠγάπησεν ὁ λαὸς πᾶς αὐτὸν τὸν υἱὸν αὐτοῦ ὡς καὶ παιδία ἐλάλουν τὸ ὄνομα αὐτοῦ καὶ παιδίσκαι. 37

Ταῦτα δὲ ἐνωτισάμενος ὁ σουλτὰν Κουρκούτης, ὁ ἄλλος τῶν υἱῶν αὐτοῦ, ἐκ Μαγνησίας ἦλθε καὶ εὑρέθη αἰφνης ἐν τοῖς οἰκήμασι τῶν γενιτζάρων, ὃν δὴ καὶ ἰδόντες ἐξεπλάγησαν. ἔλεγε δὲ πρὸς αὐτοὺς ὅτι ὑμεῖς οἴδατε πῶς ἐγὼ ἔχω τὸ δίκαιον ἐκ πάντων τῶν ἄλλων μου ἀδελφῶν, ὅτι καὶ ἐκαθέστην ἐν τῷ θρόνῳ τοῦ πάππου μου ὅτε ἀπέθανεν, ἕως οὗ ἦλθεν

runt requirendi Selimae; quem sibi principem praeficerent ac ducem expeditionis in Orientem, senectutem causantes regis militandique impotentiam: se autem desiderio militatum abeundi bellandique flagrare. "sedeat ergo" inquiunt "pacificus senex Cpoli: fortes iuvenes cum forti iuvene in expeditionem proficiscantur. nolumus nos sedendo hic tempus terere: bella quaerimus, lucrum appetimus." haec ad imperatorem referebant: "hanc nos servi tui postulationem afferimus, et serio flagitamus." rex cum audisset, graviter ferre nec indignationem adversus eos dissimulare. illi contra, cum renui suam petitionem seque repulsam ferre viderent, convocato concilio seditionem excitarunt; volueruntque consiliarios ac proceres interficere et urbem praedando percursare. rex importunitati illorum cum obsistere non posset, invitus voluntate eorum acquievit. tanto autem amore cunctus populus hunc filium eius prosecutus est, ut in puerorum etiam ore et ancillarum nomen eius versatum sit.

His ad aures alius filii eius, cui Curcutae nomen erat, perlatis, Magnesia is egressus est, ac praeter spem domicilia ianizarorum intravit; qui repentino eius aspectu obstupuerunt. infit hic eis. "notum est vobis quid iuris ego, quantum praerogativae prae omnibus meis fratribus habeam. sedi equidem in solio avi mei, postquam mortuus erat, donec pater meus in urbem veniret. quocirca spem

υἱὸν οἱ ἐν τέλει καὶ οἱ βεζίριδες, ἀγάδες καὶ πλῆθος λαοῦ, ἤγαγον πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ ἐπροσκύνησε καὶ ἠσπάσατο τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ οὕτω καὶ ἄκων, ὡς εἴρηται, ἀνεχώρησε τῆς ἡγεμονίας. ὁ γέρων δὲ ἐξελθὼν τῆς πόλεως ἐπορεύετο πρὸς τὸ Διδυμότειχον τὸ πρὸς Ἀδριανούπολιν. ἐν δὲ τῷ πορεύεσθαι μετὰ εἴκοσι ἡμέρας ἐτελεύτησε, καὶ ἔφερον τὸν νεκρὸν αὐτοῦ ἐν τῇ πόλει καὶ ἔθαψαν ἐν τῷ ὑπ' αὐτοῦ ἀνεγερθέντι ναῷ ὃ λέγουσιν Ἰμαρέτιον. διεφημίσθη δὲ ὅτι ὁ Γιανουσπασιᾶς ἐφαρμάκωσεν αὐτόν· ἀλλ' οὐκ ἦν, οἶμαι, τοιοῦτον, ἀλλ' ὑπὸ λύπης διερράγη. διεπέρασε γὰρ τὴν ζωὴν αὐτοῦ ἐν πάσῃ εὐτυχίᾳ, καὶ δυστυχίᾳ πεσὼν οὐκ ἠδυνήθη φέρειν. ἦν δέ, ὡς ἔλεγον, ταπεινόφρων εἰρηνικὸς δίκαιος πρᾶος. ἐξ ὧν καὶ οἱ γενίτζαροι μὴ ταπεινούμενοι ὡς
39 ἔδει, πολλάκις ἐστασίασαν, καὶ οὐ μόνον οἰκίας Ἑβραίων καὶ Χριστιανῶν ἀλλὰ καὶ Τούρκων καὶ αὐτῶν πασιάδων κατεπάτησαν, καὶ διήρπασαν πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. φιλεῖ γὰρ τὰ τοιαῦτα γίνεσθαι παρ' αὐτῶν αὐθέντου τυχόντες τοιούτου.

Ποιήσαντος τοίνυν τοῦ κυρίου Διονυσίου παραίτησιν, ὡς εἴπομεν, ἐγένετο ὁ Σερρῶν πατριάρχης ὁ Μανασσῆς, ὃς μετωνομάσθη Μάξιμος, καὶ ἦν ἁγιορίτης. περὶ οὗ διεφημίσθησαν πολλά, οὐδενὸς τὴν ἀλήθειαν γινώσκοντος πλὴν τοῦ θεοῦ. ἐποίησεν ἐν

matutino, proceres, visiri, Agae et multitudo populi promiscua filium deduxerunt ad patrem. summisse ille huic reverentiam exhibet, manum eius osculatur. hoc modo, praeter voluntatem suam, ut dictum est, filio senex imperium cessit. inde ex urbe egressus Didymotichum, quod ad Adrianopolin spectat, pergebat. inter proficiscendum autem, diebus viginti post, vitae finem fecit. relatum in urbem cadaver in templo, quod ab ipso excitatum Imaretium (hospitale) appellatur, humatum est. sparsum rumore fuit ei venenum a Giano bassa datum. mihi vero hoc non verum videtur, sed aegritudine animi disruptum esse. nam cum vitam summa cum felicitate ad id usque tempus traduxisset, tum demum in calamitatem delapsus eam ferre non potuit. fertur autem fuisse minime elato animo, pacis amans, iustitiae studiosus, mansuetudine clemens. quibus rebus factum est ut ianizari nequaquam ea qua par erat reverentia se illi semper summiserint, sed saepenumero seditionem excitaverint, nec Iudaeorum tantum et Christianorum, sed Turcarum etiam, atque adeo ipsorum bassarum, domos percursarint, bonaque inibi inventa in suam rem praedantes verterint. hic enim illis mos est, remissum et indulgentem dominum nactis.

Abdicatione patriarchatus a Dionysio, quemadmodum supra diximus, facta factus est patriarcha Serrarum antistes, cui nomen erat Manassae, quod in Maximi nomen mutatum est. vixerat is in sancto

τῇ πατριαρχείᾳ χρόνους ἓξ, εἶτα σκανδάλων γεγονότων μετά τινος Γαβριὴλ μοναχοῦ ἐξῆλθε, καὶ εἰσῆλθε πάλιν ὁ Νήφων, καὶ διέμεινε χρόνον ἕνα. εἶτα καὶ αὖθις σκανδάλων γεγονότων ἐγένετο ὁ Δράμας Ἰωακείμ, ὃς ἦν τοῦ κυροῦ Διονυσίου καλόγηρος. ἦν δὲ νέος μὲν τὴν ἡλικίαν, χρήσιμος δὲ τὴν γνώμην καὶ ἀγαπώμενος παρὰ πάντων. ὃς καὶ ἐν Ἰβηρίᾳ ἐπορεύθη, καὶ οἱ ἐκεῖ Ἰβήρων ἄρχοντες ὅ τε ἀρχιεπίσκοπος καὶ οἱ ἐπίσκοποι ἀποδεξάμενοι δέδωκαν δωρεὰς πολλὰς καὶ ἐλεημοσύνας καὶ βοήθειαν ἀρκοῦσαν· ὃν δὴ ἐλθόντα ἐκεῖθεν ἐν τῷ πατριαρχείῳ εἰρηνεύειν οὐκ ἀφῆκαν. ἐποίησε γάρ τις Σηλυβρίας μητροπολίτης, ἀνὴρ πονηρὸς καὶ φαυλόβιος, ἀξίως παιδευθείς, προσθήκην ἐν τῷ χαρατζίῳ φλωρία χίλια ἄτινα καὶ μὴ βουλόμενος δοῦναι ὁ πατριάρχης πλὴν γνώμῃ ἀρχιερέων καὶ τοῦ λαοῦ ἔστερξεν. ἄλλως γὰρ τὰ χείρω ἐνίκα καὶ ὁ δυνάστης ἐκάθητο.

Ὀλίγον δὲ ὕστερον συνέβη τι τοιοῦτον σκάνδαλον. πορευομένου τοῦ σουλτάνου εἰς τοῖς μέρεσι τοῦ Καταστένου πλησίον χωρίου λεγομένου χρυσοκεράμου, τοῦ ἐπάνω Χρυσοπόλεως, ἣ νῦν λέγεται Σκούταρον, ἐθεάσατο ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ οἶκον ἕνα μετὰ κεράμων ὡραίων, καὶ ἠρώτησε τί τοῦτο; καὶ ἐν ἁπλότητι οἱ ἐγχώριοι ἀπεκρίναντο ὅτι ὁ πατριάρχης εἶπε

monte; de quo varia fama fuit sparsa, sed nemini praeterquam deo veritas cognita. exegit in officio annos sex. inde rixa inter ipsum et quendam monachum Gabrielem nomine orta excessit. in cuius locum rediit Nipho, ac permansit annum unum. rursus dein dissidio nato successit Dramae metropolita Ioacimus, qui Dionysii fuerat monachus. erat is aetate quidem iuvenis, sed ingenio moribusque probatus et gratus omnibus. profectus est in Iberiam seu Georgianam, benigne ibi ab eius regionis principibus archiepiscopo et episcopis exceptus, multis muneribus affectus, cum eleemosyna et subsidio, quod satis esset, liberaliter dimissus. sed nec huic illinc domum reverso pax et quies concessa. extitit enim quidam malus et vitae infamis homo, qui cum Selybriae metropolitam egisset, dignam factis suis castigationem passus fuerat. is ad tributum usitatum additionem mille aureorum fecit. quam cum patriarcha recusasset, tandem de pontificum et populi sententia admisit. et alioqui deterior causa vincebat meliorem; et qui vi cogere poterat, praetor sedebat.

Nec multo interiecto tempore nova quaedam offensio accessit. cum sultanus in Propontidis partibus versaretur, prope locum Chrysoceramum nomine, supra Chrysopolin (quam nunc Scutarin vocant) situm, forte conspexit ibi domum pulchris tegulis tectam; et de ea quaesivit quid esset. responderunt incolae, ut homines simplices, ingenue "est hoc imperator, nostrum templum; et id iussu patriarchae

καὶ ἐσκεπάσαμεν τοῦτο, ναὸν ὄντα ἡμῶν. ὠργίσθη δὲ τοῦτο ἀκούσας καὶ ἐπρόσταξεν ἵνα ποιήσωσιν ἕτερον, ὃ δὴ ἀκούσας ὁ πατριάρχης ἀνεχώρησεν.

Ἔπεμψαν δὲ μετακομίσασθαι τὸν κύριον Παχώμιον, ὄντα ἀλλαχοῦ, ἢ τὸν Νήφωνα. καὶ ἦλθεν ὁ Παχώμιος ὢν Ζυχνῶν, καὶ ἀνεβιβάσθη εἰς τὸ πατριαρχεῖον, ὃς ἐποίησεν ἔτος ἕν. εἶτα τινὲς φίλοι τοῦ Ἰωακεὶμ δαπανήσαντες φλωρία πεντακόσια εἰσελθεῖν καὶ πατριαρχεῦσαι πάλιν ἐποίησαν, ὃς καὶ ἐν ὀλίγῳ ἐπορεύθη πρὸς τὸν Μπογδανίας ἄρχοντα. οὐδ' ὅλως δὲ κατεδέξατο κἂν θεάσασθαι αὐτόν, ἐνωτισάμενος τὰ ἀκατάστατα ταῦτα. εἶτα κατελθὼν ἐν Βλαχίᾳ ἐτελεύτησεν ἐν λύπῃ. ἀνεβιβάσθη δὲ πάλιν ὁ Παχώμιος εἰς τὸ πατριαρχεῖον, τοῦ θεοῦ παιδεύσαντος δικαίως τὸν Ἰωακεὶμ ἐπιβάντα. καὶ ταῦτα μὲν τὰ τῆς ἐκκλησίας πατριαρχείου, ἀτάκτως καὶ ὡς οὐκ ἔδει φερόμενα διὰ τὸ τοὺς κρατοῦντας δώροις κάμπτεσθαι, καὶ μὴ τὸ συμφέρον ὁρᾶν ἀλλὰ μᾶλλον τὴν τῶν Χριστιανῶν δυστυχίαν καὶ τὰς διαφοράς, αἳ καὶ ἐδίδουν αὐτοῖς καθ' ἑκάστην ἀργύριον, ὃ ἐστιν αὐτοῖς ὁ θεός.

Κυριεύσαντος δὲ τοῦ σουλτὰν Σελίμη καὶ ἀπελθόντος σωματικῶς ἐν Προύσῃ, ἠνέχθησαν αὐτῷ καὶ οἱ τοῦ ἀδελφοῦ παῖδες ἐκ τῆς Καραμανίας ἅπαντες, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτούς.

ita teximus." quo audito ille excandescere, et aliud aedificari imperare. hoc ubi patriarcha audivit, administratione sua abiit.

Tunc patres missa legatione Pachomium venire voluerunt (nam is extra urbem erat) aut ipsum Niphonem. sed advenit Pachomius metropolita Zychnensis, atque in patriarchica sede collocatus est. ubi cum unum annum sedisset, ecce amici quidam Ioacimi, adiectis ducatis quingentis, tantum effecerunt ut Pachomio eliso ille denuo patriarchae decus obtineret. qui brevi post in Moldaviam profectus est. sed huius princeps, cognita hac ecclesiasticae disciplinae ambitiosa confusione, adeo ab ipso clementer accipiendo abhorruit ut ne in conspectum quidem suum admiserit. inde in Valachiam delatus aegritudine animi extinctus est. reductus itaque in sanctissimam sedem Pachomius, Ioacimo, qui non recta via conscenderat, iusto dei iudicio castigato. haec in ecclesia et patriarchatu non ordine nec recte administrata, quod proceres donis flecterentur, nec quid ei utile esset sibi propositum haberent, sed potius Christianae gentis infortunium et dissidia; quae eis identidem materiam pecuniae, quae ipsis pro deo est, emungendae dabant.

Potitus hoc modo Selimes imperio profectus est ipsemet Prusam. tunc ad ipsum adducti sunt e Cilicia filii fratris omnes, quos interfecit. inde Magnesiam contendit, adversus fratrem Curcutam Zelepen; qui

ἐπορεύθη δὲ ἐκεῖθεν καὶ ἐν Μαγνησίᾳ κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ τοῦ Κουρκουτ τζελεπῆ, καὶ ὡς μὴ δυνηθεὶς ἀντιστῆναι, ἐξέφυγεν ἐν τόποις δυσβάτοις, ὅπου συλλαβόντες αὐτὸν ἀπέπνιξαν, καὶ ἐκόμισαν ἐνώπιον αὐτοῦ τὸ νεκρὸν σῶμα τούτου. ἔμεινε δὲ ὁ σουλτὰν Ἀχουμάτης ὁ ἄλλος ἀδελφὸς ἐν Ἀμασίᾳ, διεφημίσθη δὲ ὅτι στρατεύει κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ. αὐτὸς δὲ συνάξας στρατὸν ἐξῆλθε μάχην ποιῆσαι· ὄντων δὲ τῶν πλειόνων Καραμάνων, συμπλοκῆς γενομένης, προσετέθησαν τῷ σουλτὰν Σελίμῃ. καὶ οὕτως ἐγκαταλειφθεὶς μόνος μετὰ τῶν οἰκείων τῆς ἑαυτοῦ Πόρτας καὶ ἄκων παρεδόθη. κομίζοντες δὲ ζῶντα πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τοῦτον, καὶ ἀξιοῦντα μεγάλως ἵνα συνομιλήσῃ αὐτῷ, ὅλως ὁ σουλτὰν Σελίμης οὐ κατεδέξατο, ἀλλὰ νεύσας μόνον, ἄραντες ἀπέπνιξαν αὐτόν τε καὶ τοὺς δύο υἱοὺς αὐτοῦ.

Οὕτως οὖν ἀφανίσας ἀδέλφους καὶ ἀνεψιοὺς καὶ γενεὰν αὐτοῦ πᾶσαν, χαίρων τοῖς τοιούτοις καὶ ὑπάρχων φοβερὸς καὶ δίκαιος ὡς ὁ πάππος αὐτοῦ, ἐπαναπαύθη τὰ καταθύμια ὁρῶν. ἓν δὲ ἐποίει κοινὸν κακόν, ὅτι συνεχῶς συνῆγεν ἀργύριον παρὰ τῶν ὑπηκόων, δόσεις καινὰς μελετῶν καὶ ὁρίζων, αἷς ὁ πατὴρ αὐτοῦ οὐδ' ὅλως ἐβάρυνε τινά. ἀπέκτεινε δὲ καὶ τὸν Μουσταφᾶ πασιᾶν, ἐν ἔχθρᾳ ἔχων αὐτὸν διὰ τὸν σουλτὰν Ἀχουμάτην, ὅτι ἐβουλεύσατο τῷ πατρὶ ἵνα ποιήσῃ

viribus resistendi destitutus in loca accessu ardua et difficilia se proripuit. hic ipse comprehensus chorda guttur elisus est, prolato in conspectum illius cadavere eius. substitit alter frater, sultanus Achumata, in urbe Amasia; de quo disseminata fuit fama, proficisci infesta manu contra fratrem. exivit sane ipse exercitu congregato, commissurus pugnam. sed cum maior pars exercitus eius Caramanis seu Cilicibus, constaret, transierunt isti in fervore praelii ad partes Selimae. sic ipse solus cum familiaribus et aulicis suis relictus, quamvis invitus, in potestatem hostium venit. quem cum vivum in conspectum fratris adduxissent, magno oravit opere, liceret sibi paucis eum alloqui. verum praecise hoc ei denegatum, et solo nutu significatum iis qui eum tenebant, quid facere deberent. hi abductum, anima nervo interclusa, necaverunt; nec ipsum modo, sed duos etiam eius filios.

Sublatis ad hunc modum fratribus, patruelibus et cognatione tota (iucunda scilicet ei talia erant: qui se formidabilem et citra personarum respectum iustitiae executorem, imitatione sui avi, videri volebat) acquiescebat, animo suo satisfactum cernens. una autem re publice omnes affligebat, quod continenter pecunias a civibus suis exigebat, nova subinde tributa excogitans et imperans, quibus pater eius prorsus neminem gravaverat. his et caedes adiecit. interfecit enim

καὶ ἐσκεπάσαμεν τοῦτο, ναὸν ὄντα ἡμῶν. ὠργίσθη δὲ τοῦτο ἀκούσας καὶ ἐπρόσταξεν ἵνα ποιήσωσιν ἕτερον, ὃ δὴ ἀκούσας ὁ πατριάρχης ἀνεχώρησεν.

Ἔπεμψαν δὲ μετακομίσασθαι τὸν κύριον Παχώμιον, ὄντα ἀλλαχοῦ, ἢ τὸν Νήφωνα. καὶ ἦλθεν ὁ Παχώμιος ὢν Ζυχνῶν, καὶ ἀνεβιβάσθη εἰς τὸ πατριαρχεῖον, ὃς ἐποίησεν ἔτος ἕν. εἶτα τινὲς φίλοι τοῦ Ἰωακεὶμ δαπανήσαντες φλωρία πεντακόσια εἰσελθεῖν καὶ πατριαρχεῦσαι πάλιν ἐποίησαν, ὃς καὶ ἐν ὀλίγῳ ἐπορεύθη πρὸς τὸν Μπογδανίας ἄρχοντα. οὐδ' ὅλως δὲ κατεδέξατο κἂν θεάσασθαι αὐτόν, ἐνωτισάμενος τὰ ἀκατάστατα ταῦτα. εἶτα κατελθὼν ἐν Βλαχίᾳ ἐτελεύτησεν ἐν λύπῃ. ἀνεβιβάσθη δὲ πάλιν ὁ Παχώμιος εἰς τὸ πατριαρχεῖον, τοῦ θεοῦ παιδεύσαντος δικαίως τὸν Ἰωακεὶμ ἐπιβάντα. καὶ ταῦτα μὲν τὰ τῆς ἐκκλησίας πατριαρχεῖον, ἀτάκτως καὶ ὡς οὐκ ἔδει φερόμενα διὰ τὸ τοὺς κρατοῦντας δώροις κάμπτεσθαι, καὶ μὴ τὸ συμφέρον ὁρᾶν ἀλλὰ μᾶλλον τὴν τῶν Χριστιανῶν δυστυχίαν καὶ τὰς διαφοράς, αἳ καὶ ἐδίδουν αὐτοῖς καθ' ἑκάστην ἀργύριον, ὅ ἐστιν αὐτοῖς ὁ θεός.

Κυριεύσαντος δὲ τοῦ σουλτὰν Σελίμη καὶ ἀπελθόντος σωματικῶς ἐν Προύσῃ, ἠνέχθησαν αὐτῷ καὶ οἱ τοῦ ἀδελφοῦ παῖδες ἐκ τῆς Καραμανίας ἅπαντες, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτούς.

ita teximus." quo audito ille excandescere, et aliud aedificari imperare. hoc ubi patriarcha audivit, administratione sua abiit.

Tunc patres missa legatione Pachomium venire voluerunt (nam is extra urbem erat) aut ipsum Niphonem. sed advenit Pachomius metropolita Zychnensis, atque in patriarchica sede collocatus est. ubi cum unum annum sedisset, ecce amici quidam Ioacimi, adiectis ducatis quingentis, tantum effecerunt ut Pachomio eliso ille denuo patriarchae decus obtineret. qui brevi post in Moldaviam profectus est. sed huius princeps, cognita hac ecclesiasticae disciplinae ambitiosa confusione, adeo ab ipso clementer accipiendo abhorruit ut ne in conspectum quidem suum admiserit. inde in Valachiam delatus aegritudine animi extinctus est. reductus itaque in sanctissimam sedem Pachomius, Ioacimo, qui non recta via conscenderat, iusto dei iudicio castigato. haec in ecclesia et patriarchatu non ordine nec recte administrata, quod proceres donis flecterentur, nec quid ei utile esset sibi propositum haberent, sed potius Christianae gentis infortunium et dissidia; quae eis identidem materiam pecuniae, quae ipsis pro deo est, emungendae dabant.

Potitus hoc modo Selimes imperio profectus est ipsemet Prusam. tunc ad ipsum adducti sunt e Cilicia filii fratris omnes, quos interfecit. inde Magnesiam contendit, adversus fratrem Curcutam Zelepen; qui

ἐπορεύθη δὲ ἐκεῖθεν καὶ ἐν Μαγνησίᾳ κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ τοῦ Κουρκουτ τζελεπῆ, καὶ ὡς μὴ δυνηθεὶς ἀντιστῆναι, ἐξέφυγεν ἐν τόποις δυσβάτοις, ὅπου συλλαβόντες αὐτὸν ἀπέπνιξαν, καὶ ἐκόμισαν ἐνώπιον αὐτοῦ τὸ νεκρὸν σῶμα τούτου. ἔμεινε δὲ ὁ σουλτὰν Ἀχουμάτης ὁ ἄλλος ἀδελφὸς ἐν Ἀμασίᾳ, διεφημίσθη δὲ ὅτι στρατεύει κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ. αὐτὸς δὲ συνάξας στρατὸν ἐξῆλθε μάχην ποιῆσαι· ὄντων δὲ τῶν πλειόνων Καραμάνων, συμπλοκῆς γενομένης, προσετέθησαν τῷ σουλτὰν Σελίμῃ. καὶ οὕτως ἐγκαταλειφθεὶς μόνος μετὰ τῶν οἰκείων τῆς ἑαυτοῦ Πόρτας καὶ ἄκων παρεδόθη. κομίζοντες δὲ ζῶντα πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τοῦτον, καὶ ἀξιοῦντα μεγάλως ἵνα συνομιλήσῃ αὐτῷ, ὅλως ὁ σουλτὰν Σελίμης οὐ κατεδέξατο, ἀλλὰ νεύσας μόνον, ἄραντες ἀπέπνιξαν αὐτόν τε καὶ τοὺς δύο υἱοὺς αὐτοῦ.

Οὕτως οὖν ἀφανίσας ἀδελφοὺς καὶ ἀνεψιοὺς καὶ γενεὰν αὐτοῦ πᾶσαν, χαίρων τοῖς τοιούτοις καὶ ὑπάρχων φοβερὸς καὶ δίκαιος ὡς ὁ πάππος αὐτοῦ, ἐπαναπαύθη τὰ καταθύμια ὁρῶν. ἓν δὲ ἐποίει κοινὸν κακόν, ὅτι συνεχῶς συνῆγεν ἀργύριον παρὰ τῶν ὑπηκόων, δόσεις καινὰς μελετῶν καὶ ὁρίζων, αἷς ὁ πατὴρ αὐτοῦ οὐδ' ὅλως ἐβάρυνε τινά. ἀπέκτεινε δὲ καὶ τὸν Μουσταφᾶ πασιᾶν, ἐν ἔχθρᾳ ἔχων αὐτὸν διὰ τὸν σουλτὰν Ἀχουμάτην, ὅτι ἐβουλεύσατο τῷ πατρὶ ἵνα ποιήσῃ

viribus resistendi destitutus in loca accessu ardua et difficilia se proripuit. hic ipse comprehensus chorda guttur elisus est, prolato in conspectum illius cadavere eius. substitit alter frater, sultanus Achumata, in urbe Amasia; de quo disseminata fuit fama, proficisci infesta manu contra fratrem. exivit sane ipse exercitu congregato, commissurus pugnam. sed cum maior pars exercitus eius Caramanis seu Cilicibus, constaret, transierunt isti in fervore praelii ad partes Selimae. sic ipse solus cum familiaribus et aulicis suis relictus, quamvis invitus, in potestatem hostium venit. quem cum vivum in conspectum fratris adduxissent, magno oravit opere, liceret sibi pancis eum alloqui. verum praecise hoc ei denegatum, et solo nutu significatum iis qui eum tenebant, quid facere deberent. hi abductum, anima nervo interclusa, necaverunt; nec ipsum modo, sed duos etiam eius filios.

Sublatis ad hunc modum fratribus, patruelibus et cognatione tota (iucunda scilicet ei talia erant: qui se formidabilem et citra personarum respectum iustitiae executorem, imitatione sui avi, videri volebat) acquiescebat, animo suo satisfactum cernens, una autem re publice omnes affligebat, quod continenter pecunias a civibus suis exigebat, nova subinde tributa excogitans et imperans, quibus pater eius prorsus neminem gravaverat. his et caedes adiecit. interfecit enim

αὐτὸν αὐθέντην καὶ κυριεύσει ἐκεῖνος. ἀπέκτεινε δὲ καὶ ἄλλους πολλοὺς μεγιστᾶνας καὶ κριτάς, τὸν Δεκανίκογχη, τὸν Γιανουσπασίαν καὶ ἄλλους ἱκανούς. διέκειτο δὲ πρὸς τὸ ἡμέτερον γένος καλῶς, καὶ ἠνέῳξε καὶ ναοὺς ἡμετέρους, οὓς περ ἀπέκλεισεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ.

41 Ἐν ὀλίγῳ δὲ στρατεύει κατὰ τῆς Περσίας τοῦ Σὰχ Ἰσμαήλ, ὃς ἦν υἱὸς Χαϊτὰρ καὶ οὗτος τοῦ τζουνεπῆ, ἐκ γένους καταγόμενοι τοῦ Ἀλῆ, ὃς ἦν ἐπ' ἀδελφῇ γαμβρὸς τοῦ Μωάμεθ. ἦσαν δὲ σεΐτιδες, ἔχοντες Τεκὲν καὶ χωρία πολλὰ καὶ λαὸν πολύν· ὁ πάππος δὲ αὐτοῦ ἦν ὃς ἐπάτησε τὴν Τραπεζοῦντα καὶ πολλὰ ἠχμαλώτισεν. ὅθεν κινηθεὶς ὁ σουλτὰν Μεχεμέτης, καὶ εἰπὼν ὅτι ἐὰν ἐκεῖνος τοιαῦτα ἐποίησε, πόσον πλέον ποιήσει αὐτός; ἐστράτευσε κατὰ Τραπεζοῦντος καὶ ἐδούλωσεν αὐτήν. ὅτε καὶ σκανδάλων πολλῶν καὶ ἀνακαταστασιῶν γενομένων ἐν Περσίᾳ, ἔπεμψαν ἵνα ἔλθῃ τις Ἐμυρζὲς λεγόμενος καὶ κυριεύσῃ Περσίας, ὃ οὐκ ἐγένετο. μαθὼν δὲ ὁ Σὰχ Ἰσμαΐλης τὰς τοιαύτας ἀνακαταστασίας καὶ ἀναρχίας, εἰσπηδήσας ἔλαβε τὴν ἀρχὴν κόπου χωρίς. ὑπῆρχε δὲ αὐτὸς ἐκ γένους ἐκείνου ἐκ τῆς τοῦ Οὐζοὺν Χασάνη θυγατρός. ἐκυρίευσε δὲ πάντα τόπον καὶ χώραν ἕως Βαβυλῶνος, Σκυθίας, Κασπίας θαλάσσης καὶ μέχρι ὠκεανοῦ. ηὔξήθη δὲ τό-

Mustapham bassam, propter fratrem Achumatam inimicatus, quod hunc ille successorem in regno et dominum relinquendi suasor patri fuisset. interfecit et complures alios proceres et iudices, Decacinonchen, Gianum bassam, alios satis multos. at bene erga nostram gentem animatus erat, nonnulla nobis templorum nostrorum aperiens, quae pater eius clausa tenuerat.

Pauco interiecto tempore expeditionem in Persas suscipit, regem Ismaelem petens, filium Chaitaris, Zunepae nepotem, longa serie ex genere Ali descendentem, qui Alus sororem doctoris Machometae in matrimonio habuerat. erant sacri antistites, Tecenam tenentes et loca multa multo cum populo. avus eius fuerat is qui in Trapezuntium agrum irruperat, multis captivis abductis. quo eius facto sultanus Mechemeta motus dixit " si ille talia fecit, quanto magis faciam ego?" itaque contra Trapezuntem exercitu ducto hanc urbem in servitutem redegit. eo tempore dissidiis et perturbatione multiplici in Persia laboratum. ideo quidam cui Emyrzae nomen erat, accersitus ad occupandam id regnum fuit, quod tamen factum non est. qua confusione rerum, quod nullus praeesset magistratus, Sach Ismael cognita ipse se intulit, regnumque citra laborem obtinuit. ortus erat regio genere, Uzuncasanis filia natus. omnes porro regiones et civitates usque Babylonem, Scythiam, Caspium mare et Ocea-

σον ὅτι ἤρξατο ἁρπάζειν καὶ καταπατεῖν τὰ ὅρια τῶν Ὀτμανλιδῶν. ἀλλ' οὖν ὁ σουλτὰν Σελίμης καίπερ ἀκούων εἰρήνευε καὶ μάχην καὶ πόλεμον οὐκ ἐκίνησεν. ἐτιμώρει δὲ μόνον μεγάλως πάντας τοὺς ὑφ' αὐτὸν ἀδίκους καὶ ἅρπαγας. ἔπεμψε δὲ ὁ Σὰχ Ἰσμαὴλ οὗτος πρέσβεις μετὰ δωρημάτων καὶ ὑποσχέσεων καὶ ὅρκων, ἵνα μηδεὶς τι ἁρπάζῃ ἀλλήλων, ἀλλ' ἔχῃ ἕκαστος τὰ ὅρια αὐτοῦ, καὶ οὕτως εἰρήνευσαν.

Μεινάσης δὲ τῆς εἰρήνης ἐπ' ὀλίγον πάλιν μάχη ἐγένετο, καὶ ἐστράτευσεν ὁ σουλτὰν Σελίμης κατ' αὐτοῦ μετὰ στρατιᾶς μεγάλης καὶ ἀπείρου εἰπεῖν, ὅτε καὶ ἐδούλωσε κάστρα καὶ χώρας καὶ λαοὺς πολλοὺς τοῦ Πέρσου τούτου, τὸ Καραχεμίτι, τὸ Μπαϊμπούρτι καὶ τὸ Τευρίζι, ὅπου πόλεμος σφοδρὸς ἐγένετο καὶ πλῆθος λαοῦ ἐξ ἑκατέρων ἔπεσον. ὑπῆρχον μὲν γὰρ οἱ Πέρσαι δόρασι καὶ βέλεσι κρείττους τῶν Ὀτμανλίδων κατὰ πολύ, καὶ ἐτρόπωσαν ἂν αὐτούς, οἱ δὲ Ὀσμανλίδες ἐν πυρί· εἶχον γὰρ βομβάρδας καὶ τουφέκια πολλά. καὶ ῥίψαντες πάντα, ἐγένετο καπνὸς μέγας καὶ κρότος πολύς, ἐξ ὧν δὴ ὄντων ἀσυνήθων τῶν ἵππων αὐτῶν τῶν Περσῶν, ἔφυγον ὄπισθε καὶ ἀκόντων τῶν ἐπιβάτων καὶ ὁπλίτων· καὶ οὕτως ἐνίκησαν αὐτοὺς τοὺς Πέρσας οἱ Ὀτμανλίδες, καὶ οὓς μὲν συνέλαβον ἐν τῇ μάχῃ, ἄλλοι δὲ καὶ ἔφυγον. ἔλαβον δὲ πλοῦτον πολὺν τῶν Περσῶν οἱ Ὀτμανλίδες, καὶ σκηνὰς καὶ

num, occupavit. adeo denique crevit ut fines etiam Turcarum excursionibus et praedationibus populari non dubitaverit. attamen Selimes, licet haec audiret, quievit nec bellum movere aggressus est. tantum gravissimis suppliciis iniustissimum quemque subditorum et rapto viventes subiiciebat. misit rex Ismael legationem cum donis, promissione utrinque sub religione iurisiurandi facta, ne alteri alterorum res raperent, sed utrique suos fines secure possiderent. ita pacem coluerunt.

Verum pace illa non diu manente bellum renovatum est, proficiscente contra illum Selime magno cum exercitu et propemodum innumero. tunc is oppida, castra, agri magnam partem, magnum hominum numerum Persae eripuit; inter quae Carachemitium Baiburtium et Tauros urbes. commissum inde acerrimum praelium, multis ex utraque acie milibus caesis. armis enim Persae, hastis et telis, longe instructiores Turcis erant; et prope fuit ut in fugam eos verterent. Ottomanica vero res igne superior: habebant enim hi magnam bombardarum et tormentorum manuariorum vim; quorum omnium emissione densissimus excitatus fuit fumus et fragor ingens. quarum rerum quia insoliti erant Persarum equi, retro fugerunt, quantumvis renitentibus sessoribus et armatis. ita factum est ut Persis superatis penes Turcas victoria manserit. Persarum partim in praelio capti,

καμήλους καὶ ἄλλην παρασκευὴν ἱκανήν. συνέλαβον δὲ ἐν τῷ τοιούτῳ πολέμῳ καὶ τὴν γυναῖκα τοῦ Σὰχ Ἰσμαήλ· εἶχον
42 γὰρ ἐκεῖ πολλοὶ καὶ γυναῖκας καὶ παιδία. ἔλαβε δὲ καὶ πολλοὺς πλουσίους ἐκ τοῦ Τεβριζίου, καὶ μετοίκισεν αὐτοὺς ἐν πόλει. ὁμοίως καὶ ἐπιστήμονας ἀπὸ πάντων τῶν τεχνῶν ἤνεγκεν, ἄλλους τε πολλούς. ἐποίησε δὲ τὴν τοιαύτην νίκην μεγάλην καὶ θαυμασίαν.

Ἔπαθον δὲ δεινὰ πολλὰ ἐν τῷ ὑποστρέφειν ἐκεῖθεν· ὁ γὰρ Σὰχ Ἰσμαὴλ οὗτος ἔκαυσε καὶ ἠφάνισε πᾶν τρόφιμον. ὅθεν πολὺ πλῆθος ἐτελεύτησεν ἐκ τοῦ λιμοῦ, καὶ πολλοὶ ἐκ τῶν μεγιστάνων μετὰ βοῶν ἦλθον ἕως τῶν ὁρίων αὐτῶν, μὴ ἔχοντες τρέφειν ἵππους. ἔρριψαν δὲ καὶ πολλὰ ὧν ἐκεῖθεν ἠχμαλώτισαν, μὴ ἔχοντες φέρειν αὐτά. τόσον γὰρ ὑπερίσχυσεν ὁ λιμὸς ὅτι τὰς μὲν καμήλους ἔφαγον καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα ἀφῆκαν τρέφειν μὴ ἔχοντες.

Παρεγένετο δὲ ὁ σουλτὰν Σελίμης νικητὴς τροπαιοῦχος ἐν Κωνσταντινουπόλει. ἅμα δὲ τοῦ ἐλθεῖν ἀπέκτεινε τὸν γαμβρὸν αὐτοῦ τὸν Σκεντερμπεΐν τὸν μποστανζί μπασιν, καὶ τὸν Καντιλεσκέρι, τὸν πρώην Νισανζῆν, τὸν Σεϊμέν μπασιν καὶ ἄλλους, ἐπὶ προφάσει ὅτι ἐγένοντο δῆθεν αἴτιοι καὶ ἐστασία-

alii fuga sibi salutem pepererunt. potiti sunt ingenti gaza Turcae, tentoriis, camelis, impedimentorum magno numero. venit in potestatem eorum, rebus tanta trepidatione et tumultu confusis, ipsius etiam Ismaelis uxor: multi enim suas coniuges eo adduxerant et liberos. capti quoque non pauci, divitiis et opibus abundantes e Trebrizio, et in Constantini urbem deducti. similiter et omnium artium egregii opifices aliaque hominum multitudo eodem traducti. magnam haec tam illustris victoria gloriam et mirabile decus Selimae peperit.

Sed inter revertendum illinc plurimum difficultatis et incommodorum Turcis obiectum fuit: quicquid enim commeatus et cibariorum inveniri potuisset, id omne igni ab Ismaele datum et disperditum. unde plurimi mortales fame interierunt. multi quoque ex primoribus, facultate destituti alendorum equorum, cum bobus ad confinia sua venerunt. sed et magnam partem praedae, quam illinc rapuerant, abiecere, portare non valentes: in tantum enim fames invaluerat ut camelis vescentes caetera animalia dimitterent, quod alere non possent.

Rediit Selimes victor, et urbem Constantini triumphator ingressus est. statim autem ab ingressu caedem principum fecit, occidens generum Scederbetum, Bostatzibassam, Cadilescerum, qui antea Nesantzae munus gesserat, et Seimenbassam, necnon alios. crimen hoc eis obiectum, ipsos in causa fuisse quod apud Amasiam ianizari seditionem excitassent; ipsorum mala disciplina factum ut iidem impor-

σαν ἐν Ἀμασίᾳ οἱ γενίτζαροι, καὶ ὅτι ἀτάκτως ἐποίησαν, καὶ ἐπλησίασαν αὐτοὺς τότε αὐτῷ καὶ ἐζήτουν δωρεάς. ταῦτα δὲ ποιήματα κακίας αὐτοῦ ἐκπληρώσας, καὶ ὀλίγον χρόνον ἐν Κωνσταντινουπόλει διατρίψας ἀπῆλθεν εἰς Ἀδριανούπολιν. γέγονε δὲ ἐν τῷ ἔτει ἐκείνῳ ἐν Ἀδριανουπόλει μέγας ἐμπρησμός, ἐκ τοῦ μέρους τοῦ νοτιαίου ἀρξάμενος καὶ ἐμβὰς ἄχρι πολλοῦ διαστήματος, ὥστε ἀποτεφρωθῆναι καὶ τοὺς λίθους αὐτοὺς καὶ ἔρημον τὴν Ἀδριανούπολιν φαίνεσθαι.

Τῷ αὐτῷ δὲ ἔτει δέδωκε καὶ τῷ υἱῷ αὐτοῦ σουλτὰν Σουλεϊμάνῃ σκῆπτρον τὴν Μαγνησίαν, καὶ ἀπῆλθεν ἐκεῖ, καὶ διέτριβε βασιλικῶς ζῶν καὶ ἀνδρείως τρεφόμενος. ἔπειτα στρατεύει κατὰ τῶν Τζιντίδων καὶ τοῦ Μισιρίου, ὅπου ἔλαβε τὴν Τουρκομανίαν τοῦ Ἀνατοβλᾶ· ἀποθανόντος γὰρ τούτου καὶ ἔχοντος πολλοὺς καὶ ἀπείρους διαδόχους, υἱοὺς ἀνεψιοὺς καὶ ἄλλους, καὶ στασιάσαντας ἐν αὐτοῖς, ἐνίκησε τούτους, τοὺς μὲν φυγόντας, τοὺς δὲ προσκυνήσαντας αὐτόν. ἐκεῖ οὖν πολεμῶν πρῶτον ἔλαβε τὸ Χάλεπ ἄνευ πολέμου τινός· ὁ γὰρ ἀρχηγὸς τοῦ Χάλεπ, ᾧ ὄνομα Χαηρμπεΐς, ἐπροσκύνησεν αὐτῷ καὶ τὴν πόλιν ἔδωκεν. ἐδεξιώσατο δ' αὐτὸν ὁ Σελίμης οὗτος καὶ δῶρα πολλὰ ἔδωκε, καὶ ὑπέσχετο ὅτι ἐὰν λάβῃ τὸ Μισίρι, ποιήσῃ αὐτὸν σουλτᾶνον ἐκεῖ. ἔλεγε δὲ αὐτῷ καὶ παρεκίνει, ἵνα δείξῃ αὐτῷ τρόπον καὶ διδάξῃ τῶν τόπων τὰς

tune tunc accedentes donativum flagitarint. his malignitatis suae operibus peractis: post brevem Constantinopoli commorationem Adrianopolin abiit. extitit eo anno magnum Adrianopoli incendium; quod a parte in Austrum spectante coepit et per longum intervallum se extendit; quo ipsi etiam lapides in favillam consumpti sunt et urbs speciem quandam solitudinis habuit.

Eodem anno filio Suleimanae Selimes dominatum Magnesiae concessit; qui et eo profectus regiam ibi vitam egit, et ad res bellicas fortiaque facinora educatus est. arma deinde in Zintidas et Alcairum movit. tunc Turcomeniam cepit, cui Anatoblas praefuerat. mortuo enim hoc relictisque multis, rerum gerendarum imperitis, successoribus, inter se seditione laborantibus filiis patruelibus et aliis, ipse hos debellavit; quorum aliqui profugerunt, alii se dediderunt. illic igitur bellum gerens primo Chalepum (olim Epiphaniam) cepit, absque dimicatione, praefecto civitatis, cui nomen Chaerbeio erat, se submittente et deditionem faciente. quem clementer excepit Selimes, multis muneribus honorans, pollicitus insuper se, ubi Alcairum et Aegyptum in potestatem redegisset, ipsum ibi regem constituturum. hortabatur ipsum, sibi monstraret modum, et vias aditusque indicaret locorum. metuebat enim difficultatem illorum locorum, quae accessu aspera et ardua, arenis

ὁδούς· ἐφοβεῖτο γὰρ τῶν ἐκεῖ μερῶν τὰ δύσβατα, ἀμμώδη τε καὶ ἄνυδρα, ἵνα μὴ ἀπολέσῃ τὸν τόσον λαὸν ὃν εἶχε. θαρσήσας οὖν τοῖς λόγοις τούτου καὶ ταῖς βουλαῖς ἐποίησεν αὐ-
43 τὸν ἡγούμενον ὡς ἔμπειρον τῶν ἐκεῖ τόπων, καὶ ἐδίδου πᾶσαν συμβουλήν. ἀπελθόντες οὖν ἐν τῇ Δαμασκῷ, εἰ καὶ μὴ θελησάντων τῶν ἐκεῖ εὐθὺς προσκυνῆσαι, ὅμως ἐπροσκύνησαν· τί γὰρ καὶ εἶχον ποιῆσαι ἐν τοσαύτῃ στρατιᾷ μεγάλῃ. ἄραντες δὲ ἐκεῖθεν ἐπορεύοντο τὴν Αἴγυπτον, καὶ κατήντησαν εἰς τὸ Μεσίρι. θεώμενος δὲ τὸ τοῦ τόπου δύσβατον ὁ σουλτὰν Σελίμης ἐβουλεύσατο ὅπως καταλείψῃ τὸ πολὺ πλῆθος τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἵππων, καὶ πορεύσηται μετὰ τῶν ἐκλεκτοτέρων. καὶ δὴ καὶ ἐποίησεν· ἠπίσταντο γὰρ τὸν τοῦ σουλτάνου λαὸν ὅ τε Χαήρμπεϊς καὶ ἄλλοι. εἰ δὲ καὶ πλῆθος ἓξ Ἀράβων, τοῦτο σχεδὸν οὐδέν· οὐ γὰρ τόσον εἰσὶν ἀνδρεῖοι ἢ μένοντες. πλησιάσαντες δὴ τοῖς ἐκεῖ τόποις ἐφλέγοντο ὑπὸ τῆς διψης καὶ τοῦ μεγάλου καύματος τοῦ ἐκεῖ γινομένου, ὄντων ἀσυνήθων. οὐ μόνον δὲ ἄνθρωποι τοῦτο ἔπασχον, ἀλλὰ καὶ τὰ ζῶα, ἵπποι κάμηλοι καὶ λοιπά. ὅρα δὲ κρίματα Θεοῦ. ὄντων ἐν τοιούτοις καὶ ὕδωρ χρείαν ἔχοντες, ἔβρεξε βροχὴ μεγάλη καὶ ἐχόρτασαν καὶ ζῶα καὶ ἄνθρωποι. ἐθαύμασαν δὲ οἱ ἐντόπιοι λέγοντες ὅτι τοιαύτην βροχὴν οὐκ εἴδωμεν οὔτε ἡμεῖς οὔτε οἱ πατέρες ἡμῶν.

Μετὰ θάνατον δὲ τοῦ Παχωμίου ἐπατριάρχευσεν ὁ

plena, aquae expertia essent, ne tantas, quas secum habebat, perderet copias. confisus itaque verbis eius consiliisque fretus ducem itineris fecit, ut illorum locorum peritum, et omnibus deliberationibus adhibuit. postquam Damascum pervenit, cives non continuo quidem illi, at tandem ipsum in urbem obedienter receperunt: quomodo
1516 enim tanto exercitui restitissent? castris inde promotis in Aegyptum descensum est, Alcairum versus. difficultate loci perspecta, consilium iniit Selimes maioris partis peditatus et equitatus relinquendae et cum delecta tantum manu proficiscendi. ita fecit, nec male. notum enim Aegyptii sultani populum, qualis in bello esset, Chaerbeius et alii habebant. quodsi etiam multos Arabes haberet, eos prope pro nihilo putabant: non enim ita fortes viri, nec comminus pugnando constantes. postquam illis locis appropinquarunt, ardebant siti et maximo ibi aestu, ferendo non assueti. nec hominibus modo id accidebat, sed etiam iumentis, equis camelis et aliis. sed ecce miraculum dei. cum tantis difficultatibus premerentur et aquae penuria laborarent, ingens pluvia decidit, qua recreati sunt et homines et iumenta. ea res admirationi indigenis fuit, dicentibus neque sua neque patrum suorum memoria talem pluviam visam esse.

Mortuo Pachomio patriarchatum Theoleptus excepit, Ioanninorum

Θεόληπτος ὁ Ἰωαννίνων· οὗ πατριαρχεύοντος ἐτελεύτησεν ὁ σουλτὰν Σελίμης, βασιλεὺς τρίτος τῆς πόλεως. καὶ ἀνήχθη ὁ σουλτὰν Σουλεϊμάνης, οὗ βασιλεύσαντος χρόνους τεσσαράκοντα ἑπτὰ ἐγένοντο πατριάρχαι μετὰ τὸν Θεόληπτον Ἱερεμίας, εἶτα Ἰωαννίκιος καὶ Διονύσιος, ἔπειτα Ἰωάσαφ, αὖθις Μητροφάνης, οὗ πατριαρχεύοντος ἀπέθανεν ὁ σουλτὰν Σουλεϊμάνης καὶ ἐγένετο ὁ υἱὸς αὐτοῦ σουλτὰν Σελίμης. οὗ ἐπὶ τῆς βασιλείας ἐποίησε παραίτησιν ὁ Μητροφάνης, καὶ ἐγένετο πατριάρχης ὁ νῦν ἁγιώτατος κύριος Ἱερεμίας, Λαρίσσης ὢν τὸ πρότερον. οὗ δὴ πατριαρχεύοντος ἐτελεύτησεν ὁ σουλτὰν Σελίμης, βασιλεύσας ἔτη ὀκτὼ καὶ μῆνας τρεῖς, καὶ ἔστι νῦν βασιλεύων ὁ υἱὸς αὐτοῦ σουλτὰν Μουράτης, κυριεύων ἀπὸ τοῦ ἔτους τοῦ ζπγ', ὃς δὴ καὶ πέμψας νεῶστὶ τὸν μέγαν πορτάριον αὐτοῦ ἔπνιξε τὸν Καντακουζηνόν, ὅτι ἠνώχλησε Βλαχίαν καὶ Μπογδανίαν. καὶ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ δημοσίᾳ ἐπώλησεν, ἵνα λάβῃ ὁ βασιλεὺς τὸ χρέος ὃ αὐτὸς ἐχρεώστει, ὡς λέγεται.

προσέθηκε Θεοδόσιος ὁ Ζυγομαλᾶς, πατριαρχικὸς ἐν τῇ Κωνσταντίνου πρωτονοτάριος, τὸ: θεῷ χάρις. ὡς εὗρον, μετέγραψα, κυρίου Μαρτίνου τοῦ Κρουσίου χάριν, διορθώσας τὸ κατὰ δύναμιν, ζπζ ἀπὸ κτίσεως, ἀπὸ Χριστοῦ 1578, μηνὶ Μαΐῳ κ'.

antistes. sub hoc e vita discessit sultanus Selimes, tertius rex urbis; in cuius locum filius Suleimanes successit. quo 47 annos regnante 1520
ordine hi post Theoleptum sederunt patriarchae, Hieremias Ioannicius Dionysius Ioasaphus et Metrophanes, quo patriarcha rex Suleimanes naturae concessit, succedente filio ipsius Selime. hoc sultano regnante patriarchicam gubernationem patribus renuntiavit Metrophanes; in cuius locum delectus est, qui nunc ecclesiam regit, sanctissimus D. Hieremias, qui Larissae antea metropolitam egerat. hoc patriarcha e vivis excessit sultanus Selimes, annis octo, mensibus tribus imperio exactis, pro quo nunc rex est filius eius Murata: imperium ab anno 7083 exorsus. hic nuper, magno suo Portario misso, 1566
Cantacuzeno fauces chorda fregit, quod Valachiam et Moldaviam turbasset. eiusdem etiam opes publica auctione constituta vendidit; quo regio fisco, in cuius aere ipse esse dicebatur, de pecunia redacta satisfieret.

ration se adduci passus est ut audiret, nedum approbaret eam petitionem, quod certum esset prorsus adulterinum esse coniugium, nec absque divinarum legum transgressione concedi posse. accedebat hoc amplius, quod uxor eius et liberi reclamabant. ut igitur bassa vidit patriarcham et magnum ecclesiarcham plane a gerendo illi morem abhorrere, apud sultanum obtinuit ut patriarchae barba praecideretur et magni ecclesiarchae nasus ab utroque latere finderetur. ac statim sine mora patriarcham edicto regio e patriarchico throno deduxit atque inde depulit. "mihi vero" in eodem loco, ubi barbae desectionem passus fuerat, magna ille voce inquit "non tantum barbam desecent veritatis causa, et ne transgrediar leges meas atque in poenas incurram, sed ipsas etiam manus et pedes atque adeo caput ipsum." ita patriarchica sede expulsus exiit.

Causa autem cur ecclesiarchae nasus fissus fuerit, fuit haec. erat is vir sapientia praestans, legum observantissimus, iustitiae deditus. nec unquam eo deduci potuit ut vel minimum diceret faceretve quod praeter officium et divinarum legum praecepta foret. propterea cognoscens ita bonum virum patriarcha semper ipsum versari secum

του ὁ πρωτοβεστιάριος ἐμήνυσεν αὐτοῦ κρυφῶς καὶ δῶρα μεγάλα του ἔστειλε, νὰ πλαγιάσῃ καὶ νὰ κάμῃ τὸν πατριάρχην νὰ τὸ στέρξῃ νὰ τοῦ συγχωρήσει νὰ ἐπάρῃ τὴν μοιχαλίδα. ἀμὴ ὁ εὐλογημένος ἐκκλησιάρχης καὶ τὰ δῶρα ὀπίσω ἔστειλε, καὶ ἐκείνους ὑποῦ τὰ ἤφεραν μετὰ ὀργῆς τοὺς ἀπεδίωξε, λέγοντα πρὸς αὐτοὺς ὅτι ἡμεῖς δὲν παρασαλεύομεν ἀπὸ τὴν ἀπόφασιν τῶν θείων νόμων, ἀμὴ κρατοῦμεν αὐτοὺς καὶ διαφενδεύομεν νὰ εἶναι ἀσάλευτοι καὶ ἀμετάτρεπτοι εἰς τοὺς αἰῶνας. καὶ ὅποιος παραβαίνει αὐτοὺς καὶ τοὺς κατα-
10 πατεῖ, θέλει πέσῃ εἰς τὴν ὀργὴν καὶ κατάραν τοῦ θεοῦ, καὶ θέλει κολασθῇ αἰωνίως. καὶ ἔτζη ὑπῆγαν ὀπίσω κατησχυμέ- 123
νοι οἱ ἀπεσταλμένοι παρὰ τοῦ πρωτοβεστιαρίου, καὶ εἶπαν αὐτοῦ ὅλους αὐτοῦ τοὺς λόγους ὁποῦ τοὺς εἶπεν ὁ αὐτὸς μέγας ἐκκλησιάρχης. καὶ ὁ πρωτοβεστιάριος ἀκούσας τοὺς φοβεροὺς
15 λόγος ἐκείνους τοῦ μεγάλου ἐκκλησιάρχου, ὑπῆγεν εἰς τὸν πασιᾶν, καὶ τοὺς εἶπε, καὶ ἐδιέβαλεν αὐτόν, ὅτι αὐτὸς ἔναι ἡ αἰτία ὁποῦ δὲν τὸ ἔστερξεν ὁ πατριάρχης. καὶ διὰ τοῦτο ἔσχισαν τὴν μίτην αὐτοῦ.

Ὁ δὲ πρωτοβεστιάριος ἐπλήρωσε τὴν ἐπιθυμίαν τῆς ἀγά-
20 πης αὐτοῦ, καὶ ἔλαβε θέλημα ἀπὸ τὸν πασιᾶν, καὶ ἐπῆρεν αὐτὴν τὴν γυναῖκα παρανόμως, καὶ ἐμοίχευεν αὐτήν, καὶ τὴν νόμιμον αὐτοῦ γυναῖκα καὶ τὰ παιδία ἀπεδίωξε παντελῶς.

voluit, eiusque consilio utebatur. hoc sciens protovestiarius clam homines ad ipsum allegavit et magna munera misit, ut a recta via declinaret, persuadens patriarchae, petitionem admitteret facultatemque adulteram ducendi concederet. verum laudatissimus deoque carus ecclesiarcha cum dona retro, unde venerant, amandavit, tum illos qui ea attulerant, cum ira et obiurgatione repulit, dicens "nolite existimare nos vel latum unguem a sententia divinorum praeceptorum declinare, sed ea tenere, ea defendere, ut immota stent nec transmutentur, in cuncta saecula. nam quicunque illa transierit et pedibus calcaverit, incidit in iram et execrationem dei aeternisque poenis subiicietur." ita retro abierunt pudefacti, qui a protovestiario missi venerant; et verba haec cuncta ei renuntiarunt, quae ex ore magni ecclesiarchae audiverant. protovestiarius audito tam libero et feroci eius responso bassam accedit, id exponit, virum sanctum calumniatur, in hunc denique culpam confert, quod patriarcha petitionem abnuerit. ob eam rem illius nasum findi iusserunt.

Ceterum turpem amoris sui cupidinem explevit protovestiarius; acceptaque potestate a bassa duxit illam mulierem contra leges, adulterio inquinans, legitima uxore sua et liberis abdicatis et expulsis prorsus. verum non diu inultum tantum scelus divinae vindictae

ἀλλ' ἡ θεία σπάθη τοῦ θεοῦ δὲν ἄφηκεν αὐτὸν νὰ ὑπάγῃ εἰς μάκρος, νὰ μηδὲν τοῦ ἀνταποδώσῃ τὸ ἀνταπόδομά του, καθὼς ἔκαμεν· ἀμὴ ὀγλήγορα τοῦ τὸ ἔδωκε. μιᾷ γὰρ ἡμέρᾳ ἐκαθέζετον ὁ αὐτὸς πρωτοβεστιάριος μετὰ τινῶν ἀρχόντων, καὶ ἔπαιζαν τὰ ἀζάρια ἤγουν τὸ ταυλῆ. καὶ παίζοντα ἄπλωσε, νὰ ἐπάρῃ τὰ ἀζάρια, νὰ τὰ ῥήξει. καὶ ἐκεῖ ὁποῦ ἄπλωσε τὸ χέρη του, ἐν τῷ ἅμα ἀπέθανε, ἄγρια καὶ φοβερὰ τρύζοντα τὰ δόντια αὐτοῦ. ὦ τῆς μακροθυμίας σου, κύριε. μέγας εἶ, κύριε, καὶ φοβερός· καὶ τίς ὑποστήσεται τῆς δικαίας ὀργῆς σου; λέγει καὶ ὁ θεῖος Δαβὶδ "θεὸς ἐκδικήσεων κύριος" καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ἡ θεία γραφὴ λέγει "ἔχει γὰρ θεὸς ἔκδικον ὄμμα," ἤγουν ὁ θεὸς ἔχει ὀμμάτη ἔκδικον, ὁποῦ παιδεύει.

Καὶ τινὰς ἀπὸ τοὺς καθεζομένους ὁποῦ ἔπαιζαν τὰ τοῦ αὐτοῦ πρωτοβεστιαρίου, καὶ ἄλλοι ὁποῦ ἦσαν ἐκεῖ, οὐδένας εἶδε πῶς τοῦ ἦλθεν ὁ θάνατος· ἀμή, καθὼς τὸν ἴδαν καὶ ἀπέθανε, ὅλοι ἐτρόμαξαν καὶ ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν, καὶ πρὸς τὸν θεὸν ὁλοψύχως ἐδεήθησαν, ἵνα λυτρώσῃ αὐτοὺς ἐκ τῆς τοιαύτης φοβερᾶς ὀργῆς. ὁ θάνατος γὰρ τούτου ἦλθεν ἀοράτως, καὶ ἐσφάγη καθὼς τὸν Ἰουλιανὸν τὸν παραβάτην, καὶ ὑστερήθη διὰ τὴν ἐπιθυμίαν του καὶ τὸν παρόντα κόσμον καὶ τὸν μέλλοντα, καὶ ἀπόλαυσε τὸ αἰώνιον πῦρ μετὰ τῶν παρανόμων ἐχθρῶν τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ θεοῦ.

gladius abire sivit, quo minus ei dignum facto praemium daret, sed brevi et celeriter dedit. quodam enim die sedens ille cum quibusdam primoribus alea et tesseris ludebat. tunc extendit manum, ut tesseras prehenderet et iaceret; dumque extendit, continuo moritur, horribilem in modum stridens dentibus. o patientiam dei, se ab irascendo in longius etiam sustinentis. magnus es, domine, et formidandus. quis iustam iram tuam sustinebit? dicit et divinus ille Davides "deus ultionum dominus" et quae sequuntur. et alibi S. literae "vindicem habet deus oculum, qui castigat."

Nemo autem assidentium collusorum nec alius tunc ibi versantium quisquam, unde illum letiferum telum venisset, vidit: sed ut repentino exanimatum viderunt, omnes contremuere, magno timore perculsi; deumque ex toto animo invocarunt, custoditos et liberos vellet se a tam horrenda ira esse. interitus quippe eius omnem oculorum obtutum fugerat, repentino veniens; similique mortis genere, quo Iulianus transgressor et apostata quondam, extinctus est. ita, dum sceleratae cupiditati suae indulget, privatus est tum hoc tum futuro saeculo, sempiterno igni, cum omni nefario inimicorum veritatis et dei grege, adiudicatus.

Ἀκούσας δὲ ὁ σουλτάνος καὶ ὁ πασιᾶς τὸν ἔξαίφνης καὶ φοβερὸν θάνατον τοῦ αὐτοῦ πρωτοβεστιαρίου ἐθαύμασαν εἰς τοῦτο, καὶ ἐγνώρισαν ὅτι ἦτον παίδευσις τοῦ θεοῦ, καὶ ἐλυπήθησαν. ὅμως, ὡσὰν ὅρισιν ὁ πασιᾶς διὰ ὁρισμοῦ τοῦ σουλτάνου καὶ εὐγῆκεν ὁ πατριάρχης ἐκ τοῦ θρόνου καὶ ἐδιώχθη τελείως, ἐσυνήχθησαν πολλοὶ ἀπὸ τοὺς ἀρχιερεῖς, καὶ ἠνώθησαν μετὰ τῶν κληρικῶν τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ σύνοδον ἐκάμαν, ποῖον νὰ κάμουν καὶ στήσουν πατριάρχην· ὅθεν ὁμοφώνως ὅλοι ἐψήφισαν πατριάρχην τὸν Ξυλοκαράβιν.

ΜΑΡΚΟΣ ἱερομόναχος ὁ Ξυλοκαράβης.

Τοῦτος ψηφισθεὶς πατριάρχης καὶ λαβὼν τὰ μηνύματα, 124
τὸ μικρὸν καὶ τὸ μέγα, πατριάρχην τὸν ἐχειροτόνησαν, καὶ τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Χριστοῦ ἔλαβε τοῦ ποιμαίνειν αὐτήν. ἦτον δὲ ἡ πατρίδα του ἀπ' αὐτὴν τὴν Κωνσταντινούπολιν, ἄνθρωπος πολλὰ λογιώτατος. ἔκαμε δὲ ὀλίγον καιρὸν εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον· καὶ ἐγεννήθησαν καὶ ἐβλάστησαν πολλὰ σκάνδαλα ἀπὸ τοὺς κληρικοὺς κατ' αὐτοῦ τοῦ πατριάρχου, ὅτι οὐδένας δὲν τὸν ἀγάπα.

Perlata ad sultanum et bassam subita et terribili illa protovestiarii morte, admiratio eorum animos invasit; et cognoverunt esse iusto dei iudicio factam ultionem, disciplinae causa, contristatique sunt. tunc igitur, postquam ad mandatum bassae, quod is a sultano acceperat, e solio suo patriarcha excessisset et plane exterminatus esset, pontifices frequentes convenerunt, in consilioque clericos magnae ecclesiae sibi adhibuerunt. hac synodo collecta de patriarcha idoneo constituendo consultatum est. inde una mente ac voce suffragia omnium in uno Xylocarabe concurrerunt.

IV. P. MARCUS HIEROMONACHUS, cognomine Xylocarabes.

Suffragatione huius peracta, utraque ei indicatione facta, minore et maiore, patriarcha renuntiatus est ecclesiamque Christi, ob pascendum oves huius, accepit. patria eius ipsa Constantini urbs erat; ipse vir eruditione longe praestantissimus. sed cum ad modicum tempus patriarchicam sedem tenuisset, coorti sunt, multis variisque dissidiis et odiis natis, ecclesiastici homines in ipsum; quorum neminem invenisses ipsi amicum.

Τοῦτοι οἱ ἄνωθεν τέσσαροι πατριάρχαι, ὁ Σχολάριος, ὁ Ἰσίδωρος, ὁ Ἰωάσαφ καὶ ὁ Ξυλοκαράβης, ἔγιναν χωρὶς νὰ δώσουν τοῦ σουλτάνου κανένα δῶρον· μόνον ἔγιναν, καθὼς καὶ εἰς τὸν καιρὸν τῆς βασιλείας τῶν Ῥωμαίων, ὁποῦ ἐχάριζεν ὁ βασιλεὺς τοῦ πατριάρχου χαρίσματα, καθὼς τὰ ἐγράψαμεν ἄνωθεν κατ' ὄνομα. ἦτον δὲ τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἕνας ἱερομόναχος ὀνόματι Συμεών, Τραπεζόντιος, ὁ ὁποῖος ἦλθεν ἐδῶ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν καὶ ἐκατοίκησεν εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν. ἦτον δὲ χρησιμώτατος καὶ φιλόξενος πολλά. ὁποῦ δὲν ἦτον τινὰς ὅμοιός του εἰς τὴν φιλοξενίαν ὡσὰν αὐτόν. λοιπὸν οἱ Τραπεζόντιοι ἐσυμβουλεύθησαν ὅτι νὰ κάμουν αὐτὸν πατριάρχην καὶ ἐνγάλουν τὸν νόμιμον πατριάρχην, αὐτὸν τὸν κύριν Μάρκον. εἶχαν δὲ υἱοὺς μέσα εἰς τὸ σαράγη τοῦ σουλτάνου καὶ ἔξω εἰς τὴν πόρταν αὐτοῦ, εἰς τιμὰς μεγάλας, καὶ εἶχαν παρρησίαν μετ' αὐτούς· καὶ διὰ ὄνομα αὐτῶν ἐπιάνετον ὁ λόγος τοὺς εἰς τὸν σουλτάνον. ὅμως αὐτοί, οἱ Τραπεζόντιοι, ἐκατεσκεύασαν καὶ ἔκαμαν τοῦτο. ἐδεξιώθησαν τοὺς κληρικούς, καὶ ἐπίασαν αὐτοὺς μὲ μεγάλα δῶρα καὶ κολακείας· καὶ ὁμοφώνησαν μετ' αὐτῶν, ἵνα εἰποῦν κατὰ τοῦ πατριάρχου ταύτην τὴν συκοφαντίαν, ὅτι πῶς ἔκαμεν ἀρχὴν κακὴν καὶ νομὴν εἰς τὴν ἐκκλησίαν καὶ ἔβαλε, νὰ δίδει πεσκέσιον εἰς τὴν πόρτα τοῦ σουλτάνου,

Horum quatuor hactenus commemoratorum patriarcharum (qui sunt, Scholarius, Isidorus, Ioasaphus, et Xylocarabes) quisque ita creatus fuit: ut omnino nullum sultano donum afferret: sed libere facti sunt, sicut olim sub imperatoribus Romanis: quo tempore imperator munera patriarchis dabat: sicut hoc supra diserte scripsimus. fuit illo tempore quidam hieromonachus, nomine Symeon, patria Trapezuntius, qui veniens huc Cpolin habitavit in magna ecclesia, homo maxime utilis, et tanta hospitalitatis laude conspicuus ut, qui hoc genere cum ipso comparari posset, inveniretur nemo. inde Trapezuntii consilium inire illum creandi patriarcham, vero patriarcha Marco a sede abducto. quod eis eo factu proclivius erat, quod filios habebant in castro sultani et alios extra magnis honoribus auctos; quibuscum patres libere agere poterant, operaque illorum verba eorum ad sultanum perferebantur. tunc ergo Trapezuntii praeparationem adhibuerunt, hoc quod dicam facientes. prehensarunt ecclesiasticos homines, et magnis donis multisque blanditiis sibi conciliarunt; ac pactum cum eis inierunt de calumniando patriarcha: eum improbi gravaminis in ecclesiam auctorem et introductorem extitisse, de aureis mille pescesii nomine, seu initii patriarchatus, fisco sultani inferendis. ideo eum non tantum dignitate summi honoris exuendum esse, verum etiam, sicut veteres haereticos patriarchas, anathemate feriendum et

φλωρία χίλια. καὶ τοῦτος οὐχὶ μόνον νὰ καθῃρηθῇ, ἀμὴ καί, ὡσὰν τοὺς παλαιοὺς αἱρετικοὺς πατριάρχας, νὰ τὸν ἀναθεματίσουν καὶ νὰ τὸν ἐξορίσουν, διότι τότε οἱ πατριάρχαι κανένα τίποτε δῶρον δὲν ἔδειδαν εἰς τὴν πόρτα τοῦ σουλτάνου· οὔτε αὐτὸς ὁ πατριάρχης ὁ Ξυλοκαράβης ἔδωκεν, οὔτε οἱ ἄλλοι πατριάρχαι, ὁποῦ ἔγιναν προτίτερα ἀπ' αὐτοῦ, ἀπὸ τῆς ἐπήρεν ὁ αὐτὸς σουλτάνος ταύτην τὴν Κωνσταντινούπολιν, καθὼς τὸ ἐγράψαμεν. καὶ μετ' αὐτὴν τὴν ἄδικον συκοφαντίαν, ὁποῦ εἶπαν τοῦ πατριάρχου, ἠθέλησαν νὰ τὸν ἐκαθῄρουν καὶ νὰ τὸν ἀπεδιώξουν, λέγοντες πῶς ἔκαμε ταύτην τὴν κακὴν προσθήκην. ὁ δὲ πατριάρχης ἀκούσας τοῦτο, ὅτι αὐτὸς ἔδωκε πεσκέσιον, φλωρία χίλια, εἰς τὴν πόρταν τοῦ σουλτάνου καὶ ἔγινε πατριάρχης, ἠθέλησε νὰ ἀπεθάνῃ, καὶ ὄμνυσεν ὅρκους φρικτοὺς καὶ φοβεροὺς εἰς τὸ θεῖον καὶ ἱερὸν εὐαγγέλιον, καὶ μετὰ ἐπιτραχηλίου καὶ ὠμοφορίου, ὅτι τελείως δὲν ἠξεύρῃ περὶ τούτου, οὐδὲ θέλει φανῇ ποτὲ ὅτι αὐτὸς πεσκέσιον ἔδωκε. ἀλλ' οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ, οἱ συκοφάνται, καὶ ἄλλοι μετ' αὐτῶν δὲν τοῦ ἐπίστευαν· ἀμὴ τὸ ἐβεβαίωναν, ὅτι ναιὸν ἀληθῶς ἔβαλε κακὴν ἀρχὴν εἰς τὴν ἐκκλησίαν καὶ ἔδωκε πεσκέσιον. καὶ διὰ τοῦτο νὰ τὸν εὐγάλομεν ἀπὸ τὸν πατριαρχικὸν θρόνον, ὅτι ἔναι ἄξιος καθαιρέσεως καὶ διωγμοῦ. καὶ ἔτζα ἐμαζόχθησαν οἱ Τραπεζόντιοι ἄρχοντες καὶ μερικοὶ ἄλλοι ἄρχοντες πολῖται, καὶ ἐσύναξαν φλωρία

exilio multandum, eo quod ad id usque tempus nemo patriarcha ullum donum aut pensionem in sultani aulam tulisset. verum quemadmodum superiorum patriarcharum, qui a capta per sultanum urbe sederant, nullus ullam pecuniam dederat, sicut supra diximus, ita profecto nec hic Xylocarabes. facta nihilominus ista iniusta contra patriarcham accusatione et sycophantia adorti sunt ipsum loco movere et exterminare, instantes ab eo factam illam improbam oneris impositionem. patriarcha audita tam atroci calumnia, se pescesium dedisse in fiscum regium, mille ducatos, et hoc modo summam dignitatem adeptum fuisse, vitam sibi esse acerbam putare; iusiurándum sanctissimum per sacrum divini evangelii librum iurare, idque sacram colli et humerorum vestem gerens, se huius rei nullo modo conscium esse, nec demonstratum iri unquam a se pescesium datum. verum inimicis eius, calumniatoribus illis et factioni eorum, res non persuasa: sed ab eo malum initium in ecclesiam introductum et pescesium datum esse pervicerunt. ideo educamus, inquiunt, eum de patriarchico solio, quia deturbatu et exterminatu dignus. ita convenerunt Trapezuntii proceres et nonnulli alii ampli civitatis homines, aureosque mille corrogatos sultano miserunt, cum his verbis, quod

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

χίλια, καὶ ἔστειλαν αὐτὰ τοῦ σουλτάνου, λέγοντες ὅτι ὁ πατριάρχης ἔταξε τῆς βασιλείας σου φλωρία χίλια· τὰ ὁποῖα τὰ δίδωμεν καὶ ἡμεῖς, ἵνα κάμωμεν πατριάρχην τὸν ἐδικόν μας καλόγηρον, διότι ὅλος ὁ λαὸς καὶ οἱ κληρικοὶ δὲν θέλουν αὐτὸν τὸν πατριάρχην, κύριν Μάρκον. ὡς δὲ ἤκουσε τοὺς λόγους τούτους ὁ σουλτάνος, ἐγέλασε, καὶ ἐστημάτισε πολλὴν ὥραν, συλλογιζόμενος τὸν φθόνον καὶ τὴν ἀγνωσίαν τῶν Ῥωμαίων, καὶ ὅτι κατὰ θεὸν δὲν ἐπερπάτουν. τότε ἀπεκρίθη καὶ εἶπεν ὅτι ἀληθῶς ἔταξε ταῦτα τὰ χίλια φλωρία ὁ πατριάρχης. καὶ τοῦτο εἶπεν ὁ σουλτάνος διὰ νὰ κάμῃ νομὴ καὶ ἀρχή, νὰ δίδουν οἱ πατριάρχαι, ὁποῦ θέλουν γίνεσθαι, πεσκέσιον τῆς βασιλείας αὐτοῦ. ἀμὴ ἐλεεινὸς πατριάρχης, κύριος Μάρκος, τοιοῦτον πρᾶγμα οὐδὲ εἶπε οὐδὲ ἔταξε· μόνον, ὡς εἴπαμεν, ὅτι τὸν ἐσυκοφάντησαν διὰ νὰ τὸν εὐγάλουν ἀπὸ τὸν θρόνον. ὅμως ὁ σουλτάνος, ὡς ἔλαβε τὰ χίλια φλωρία, εἶπε "ἐπειδὴ ὁ κόσμος δὲν τὸν ἐθέλει, εὐγάλετε αὐτόν, καὶ κάμετε ἐκεῖνον ὁποῦ θέλετε." καὶ ἐν τῷ ἅμα εὐγάλουν αὐτὸν τὸν πατριάρχην, κύριν Μάρκον, στανικῶς καὶ ἀδίκως ἀπὸ τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου, καὶ τὸν ἀπεδίωξαν.

ΣΥΜΕΩΝ ἱερομόναχος, ὁ Τραπεζόντιος.

Μετὰ τὸν διωγμὸν τοῦ αὐτοῦ κυροῦ Μάρκου ἔκραξαν

patriarcha maiestati tuae unum ducatorum mille promisit, ecce damus id et nos, ut patriarcham faciamus nostrum monachum, quia cunctus populus et una clericorum chorus non ferunt patriarcham Marcum." rex ut eam orationem audivit, risit equidem, et diu haesit cogitabundus, reputans cum animo suo quanta vis esset invidiae, quanta stultitia Romanorum, et quam parum in via dei ambularent. tum respondens dixit "ita certe est: pollicitus fuit hos mille ducatos patriarcha." hoc sultanus eo consilio respondit, ut legem novam sanciens initium induceret: quicunque fieret patriarcha, principium felicius a munere maiestati ipsius dando duceret. at miserandus patriarcha Marcus tale nihil neque dixerat neque promiserat. sola (pia scilicet) calumnia, uti diximus, hoc educendi ipsius e solio causa commenta fuerat. tunc sultanus, ut aurum illud accepit, dixit "quoniam igitur iste cuncto populo invisus est, sane deiicite eum, et create illum quem vultis." confestim itaque Marco patriarchatum abrogarunt invito, per detestandam iniustitiam, eumque inde expulerunt.

V. P. SYMEON HIEROMONACHUS, Trapezuntius.

Expulso Marco et concilio advocato, antistites sacrorum suffraga-

ἀρχιερεῖς καὶ ἔκαμαν τοὺς ψήφους τοῦ αὐτοῦ κυροῦ Συμεὼν τοῦ Τραπεζοντίου, καὶ μετὰ τοὺς ψήφους ἔδωκαν τὰ δύο μηνύματα, τὸ μικρὸν καὶ τὸ μέγα, καὶ τὴν χειροτονίαν ἔκαμαν, χειροτονηθεὶς παρὰ τοῦ Ἡρακλείας, καὶ εἰς τὸν ὑψη- 126
λότατον πατριαρχικὸν θρόνον τὸν ἀνέβασαν. τὸν δὲ πρώην πατριάρχην, κύριν Μάρκον, τὸν ἀναθεμάτιζαν οἱ κληρικοὶ καὶ πολλοὶ ἐκ τοῦ λαοῦ, καὶ ἔρρυκταν πέτραις ἀπὸ τῆς στράταις καὶ ἀπὸ τοὺς φόρους, καὶ ἔκαμναν κουμούλια μὲ ταῖς πέτραις, ἀναθεματίζοντες αὐτὸν ὡς ὅτι ἔβαλε κακὴν νομὴν εἰς τὴν ἐκκλησίαν. καὶ αὐτός, ὡς εἶπαμεν, εἶδησιν καμίαν δὲν ἤξευρε. λοιπὸν δὲν εἶχε τί νὰ κάμῃ ὁ ἐλεεινός· μόνον ἐκαθέζετον, καὶ ἐκαρτέριε πότε νὰ γένει σύνοδος, νὰ κριθῇ ἡ μεγάλη ἀδικία ὁποῦ ἔγινεν εἰς αὐτόν. καὶ δὲν ἔπαυσε νὰ μηδὲν γράφει εἰς τοὺς ἀρχιερεῖς περὶ τῆς ὑποθέσεως καὶ συκοφαντίας αὐτοῦ.

Περάσαντα δὴ μερικὸς καιρὸς ἐσυνάχθησαν πολλοὶ ἀρχιερεῖς, μητροπολῖται καὶ ἐπίσκοποι, καὶ ἔγινε σύνοδος μεγάλη διὰ νὰ ἐξετάξουν τινὰς ὑποθέσεις ἐκκλησιαστικάς. ἐκεῖ οὖν ἐνεφανίσθη ὁ αὐτὸς πρώην πατριάρχης, κύρις Μάρκος, βοῶντα ὅτι ἀδίκως καὶ παραλόγως τὸν εὔγαλαν ἀπὸ τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου· καὶ ἐγένετο μεγάλη σύγχυσις καὶ σκάνδαλα περὶ τούτου. ἐκεῖ δὲ ἐν τῇ συνόδῳ τῶν ἀρχιερέων ἦτον ἕνας ἀπ' αὐτοὺς καὶ ὁ Φιλιππουπόλεως, κύρις Διονύσιος· ὁ ὁποῖος

tionem de praedicto Trapezuntio Symeone inierunt, qua finita utramque ei significationem fecerunt, minorem et maiorem. inde ad declarationem eius progressi sunt, renuntiante ipsum Heracleensi metropolita, et in sublimi patriarchico suggesto collocarunt. antecessorem vero eius Marcum detestati sunt non ipsi modo clerici, sed etiam de plebe multi; eumque lapidibus incesserunt tum in viis tum in quovis foro; cumulisque saxorum in tirulum congestis anathemate detestabilem fecere tanquam pessimi in ecclesiam introducti moris auctorem, cum tamen, quemadmodum dictum, totius ipse rei ignarus esset. nihil ergo ab eo tempore miser agere habebat, sed patienter sedens expectabat, si quando synodus cogeretur, in qua causae suae, summa iniuria affecti, cognitio et diiudicatio fieret. nec requiem sibi dabat quin ad pontifices de calumnia, qua oppressus fuerat, scriberet.

Post aliquod itaque intervallum temporis, convenientibus multis principibus sacerdotum, metropolitis et episcopis, facta est synodus frequens ob quasdam ecclesiasticas controversias et res examinandas ac discutiendas. ibi apparuit et prior patriarcha Marcus, se inique et praeter rationem patriarchico throno deiectum clamitans. unde magna perturbatio et odiosae contentiones extiterunt. aderat tum in

εἶχε μεγάλην καὶ πολλὴν φιλίαν πνευματικὴν μετὰ τῆς κυρίας Μάρος, τῆς μητρυιᾶς τοῦ αὐτοῦ σουλτάνου· καὶ ἐτίμα καὶ ἀγάπα αὐτόν, τὸν κύριν Διονύσιον, ὡς πνευματικὸν πατέραν αὐτῆς. ἔμαθε δὲ τὰ σκάνδαλα τῶν πατριαρχῶν αὐτὴ ἡ κυρία Μάρω, καὶ ἐδιελογίσθη εἰς τὸν ἑαυτόν της, καὶ εἶπεν ὅτι νὰ κάμω πατριάρχην αὐτόν, τὸν κύριν Διονύσιον, νὰ λείψουν καὶ οἱ δύο, καὶ μετὰ τοῦτο θέλουν παύσουν τὰ σκάνδαλα, διότι ὅλος ὁ λαὸς τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἱερεῖς τε καὶ κοσμικός, ἐχωρίσθησαν εἰς δύο, καὶ τὸ ἕνα μέρος ἐζήτουν τὸν αὐτὸν κύριν Μάρκον καὶ τὸ ἄλλο τὸν αὐτὸν κύριν Συμέων· καὶ ἦτον σύγχυσις μεγάλη καὶ ταραχὴ καὶ εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν καὶ εἰς τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ εἰς τοὺς κληρικούς. ἡ δὲ κυρία Μάρω, ὡς ἠθέλησε νὰ κάμῃ τὸν αὐτὸν κύριν Διονύσιον, ἐτελείωσε καὶ τὸ ἔργον. καὶ ἔβαλε μέσα εἰς ἕνα ταψὶν ἀργυρὸν φλωρία χιλιάδας δύο, καὶ τὰ ἐπῆρε, καὶ ὑπῆγε καὶ ἐπροσκύνησε τὸν αὐτὸν σουλτάνον, βαστόντα καὶ αὐτά. καὶ ὡς τὴν ἴδεν ὁ σουλτάνος, τὴν ἐρώτησεν ὅτι τί εἶναι ταῦτα τὰ φλωρία μὲ τὸ ἀργυρὸν ταψίν, ὦ μητέρα; αὐτὴ δὲ ἀπεκρίθη καὶ εἶπεν ὅτι ἔχω ἕναν καλόγηρον ἐδικόν μου, καὶ παρακαλῶ τὴν βασιλείαν σου νὰ τὸν ἐκάμω πατριάρχην. ἐπῆρε γὰρ ὁ σουλτάνος τὰ φλωρία, καὶ ηὐχαρίστησε πολλὰ τῆς μητρυιᾶς του, ὁποῦ τοῦ ἔκαμε ταύτην τὴν αὔξησιν.' τότε τῆς λέγει "κάμε, μητέρα μου, ἐκείνω ὁποῦ

127

concilio Dionysius quoque, Philippopoleos antistes, cui magna gratia et spiritalis familiaritas cum domina Maria, ipsius sultani noverca, intercedebat; quae honore et caritate ipsum ut suum spiritalem patrem prosequebatur. ea cum de patriarcharum contentione et pugna rescivisset, coepit intra se cogitare et dicere "age, ad patriarchicum fastigium producam patrem Dionysium, ut utroque contendentium eliso finis deinceps rixarum et offendiculorum fiat." universus enim Cpolitanus populus, qua sacerdotes qua politici homines, in duas contrarias factiones abierant, una parte Marcum reposcente, altera Symeonem flagitante. ita confusio perturbatioque ingens tum in magnam ecclesiam tum in principes sacerdotes tum in clericos inciderat. interim regina Maria, quod animo conceperat de Dionysio faciendo, id etiam in opus perduxit. duo namque ducatorum milia in lancem argenteam coniecit; cum his ad sultanum accessit, eum adoravit, aurum manibus portans. quam ut ille vidit, interrogavit eam "quid sibi, mea mater, istud auri cum argentea lance vult?" respondit haec "habeo quendam monachum mihi proprium, quem, quaeso, mihi per maiestatem tuam liceat facere patriarcham." accepit sultanus aurum; magnas gratias novercae suae egit, quae tantam ipsi accessionem fecerat. tunc ei dicit

θέλεις." καὶ ἀποστείλας ὁρισμὸν ὁ σουλτάνος, εὔγαλαν τὸν κύριν Συμεὼν ἐκ τοῦ θρόνου καὶ ἐκ τῆς πατριαρχικῆς τιμῆς καὶ ἀξίας.

ΔΙΟΝΤΣΙΟΣ μητροπολίτης Φιλιππουπόλεως.

Ὡς οὖν ἀπεδιώχθη ὁ αὐτὸς κύρις Συμεών, ἐψήφισαν πατριάρχην τὸν αὐτὸν κύριν Διονύσιον, καὶ ἔδωκαν αὐτοῦ τὸ μικρὸν μήνυμα, καὶ τὸ μέγα μετὰ τὸν ἑσπερινόν. ἐκάθισαν αὐτὸν ἐν τῷ ὑψηλοτάτῳ πατριαρχικῷ μεγάλῳ θρόνῳ. καὶ δὲν εἶχε πλέον τίνα κάμῃ ὁ αὐτὸς κύρις Συμεών, ἐπειδὴ καὶ ὁ σουλτάνος ὥρισεν τοῦτο. γέγονε δὲ ἡ παροιμία δήλη "τῶν δύο δερνόντων ὁ τρίτος πρῶτος," ἤγουν, κατὰ τὸν κοινὸν λόγον, ὅταν δέρνονται οἱ δύο καὶ ἀποκάμουν καὶ ἀποσταθοῦν ἀπὸ τὸν δαρμόν, ὅταν ἔλθῃ ἄλλος τρίτος ἀπάνω εἰς αὐτούς, γίνεται πρῶτος, ἔσοντας ὅπου τοὺς εὑρίσκει καὶ τους δύο ἀποκαμομένους ἀπὸ τὸν δαρμόν, καὶ δὲν δύνουνται νὰ πολεμήσουν μετ' αὐτοῦ. ἔτζη ἔγινε καὶ εἰς τοὺς ἄνωθεν πατριάρχας· καὶ ὁ μὲν κύρις Συμεὼν ἀνεχώρησε καὶ ὑπῆγεν εἰς τὴν μονὴν τοῦ Στενημάχου, ὁ δὲ κύρις Μάρκος ἔλαβε τὸν θρόνον τῆς ἀρχιεπισκοπῆς Ἀχριδῶν παρὰ τῆς συνόδου, καὶ ἀρχιεράτευσεν ἐκεῖ ὀλίγον, καὶ ἀπέθανε.

Ὁ δὲ κύρις Διονύσιος αὐτός, ὁ πατριάρχης, ἔκαμε χρό-

"fac, mea mater, istud quod vis." cumque mandatum sultanus misisset, abductus est e throno Symeon, patriarchico honore et dignitate spoliatus.

VI. P. DIONYSIUS metropolita Philippopoleos.

Exacto ad hunc modum Symeone, patriarcham suffragiis crearunt proceres sacri Dionysium, primo minus ei dantes indicium, dein etiam maius post vespertinum cantum. tum in excelsissima magni patriarchici throni luce collocarunt. nec poterat rem impedire Symeon aut quicquam contra facere, quia tota sultani mandato gesta est. in hoc veritas proverbii comprobata fuit: "aliquo pari certante vincit tertius." cuius sententia est: duobus inter se contendentibus et defatigatione a certando desistentibus, si quis superveniat tertius, eum fieri primum, propterea quod illos inveniat illa decertatione defessos et iam ad resistendum invalidos. hoc equidem praedictis accidit patriarchis. quocirca Symeon discessit, Stenimachi coenobium ingrediens, Marcus autem apud Achridenses archiepiscopi sedem a synodi patribus accepit; cui muneri cum ad breve tempus praefuisset, diem suum obiit.

Enimvero Dionysius, illorum successor, octo annos patriarcham

εἶχε μεγάλην καὶ πολλὴν φιλίαν πνευματικὴν μετὰ τῆς κυρίας Μάρος, τῆς μητρυιᾶς τοῦ αὐτοῦ σουλτάνου· καὶ ἐτίμα καὶ ἀγάπα αὐτόν, τὸν κύριν Διονύσιον, ὡς πνευματικὸν πατέραν αὐτῆς. ἔμαθε δὲ τὰ σκάνδαλα τῶν πατριαρχῶν αὐτὴ ἡ κυρία Μάρω, καὶ ἐδιελογίσθη εἰς τὸν ἑαυτόν της, καὶ εἶπεν ὅτι νὰ κάμω πατριάρχην αὐτόν, τὸν κύριν Διονύσιον, νὰ λείψουν καὶ οἱ δύο, καὶ μετὰ τοῦτο θέλουν παύσουν τὰ σκάνδαλα, διότι ὅλος ὁ λαὸς τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἱερεῖς τε καὶ κοσμικός, ἐχωρίσθησαν εἰς δύο, καὶ τὸ ἕνα μέρος ἐζήτουν τὸν αὐτὸν κύριν Μάρκον καὶ τὸ ἄλλο τὸν αὐτὸν κύριν Συμέων· καὶ ἦτον σύγχυσις μεγάλη καὶ ταραχὴ καὶ εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν καὶ εἰς τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ εἰς τοὺς κληρικούς. ἡ δὲ κυρία Μάρω, ὡς ἠθέλησε νὰ κάμῃ τὸν αὐτὸν κύριν Διονύσιον, ἐτελείωσε καὶ τὸ ἔργον. καὶ ἔβαλε μέσα εἰς ἕνα ταψὶν ἀργυρὸν φλωρία χιλιάδας δύο, καὶ τὰ ἐπῆρε, καὶ ὑπῆγε καὶ ἐπροσκύνησε τὸν αὐτὸν σουλτάνον, βαστόντα καὶ αὐτά. καὶ ὡς τὴν ἴδεν ὁ σουλτάνος, τὴν ἐρώτησεν ὅτι τί εἶναι ταῦτα τὰ φλωρία μὲ τὸ ἀργυρὸν ταψίν, ὦ μητέρα; αὐτὴ δὲ ἀπεκρίθη καὶ εἶπεν ὅτι ἔχω ἕναν καλόγηρον ἐδικόν μου, καὶ παρακαλῶ τὴν βασιλείαν σου νὰ τὸν ἐκάμω πατριάρχην. ἐπῆρε γὰρ ὁ σουλτάνος τὰ φλωρία, καὶ ηὐχαρί-
127 στησε πολλὰ τῆς μητρυιᾶς του, ὁποῦ τοῦ ἔκαμε ταύτην τὴν αὔξησιν. τότε τῆς λέγει "κάμε, μητέρα μου, ἐκείνω ὁποῦ

concilio Dionysius quoque, Philippopoleos antistes, cui magna gratia et spiritalis familiaritas cum domina Maria, ipsius sultani noverca, intercedebat; quae honore et caritate ipsum ut suum spiritalem patrem prosequebatur. ea cum de patriarcharum contentione et pugna rescivisset, coepit intra se cogitare et dicere "age, ad patriarchicum fastigium producam patrem Dionysium, ut utroque contendentium eliso finis deinceps rixarum et offendiculorum fiat." universus enim Cpolitanus populus, qua sacerdotes qua politici homines, in duas contrarias factiones abierant, una parte Marcum reposcente, altera Symeonem flagitante. ita confusio perturbatioque ingens tum in magnam ecclesiam tum in principes sacerdotes tum in clericos inciderat. interim regina Maria, quod animo conceperat de Dionysio faciendo, id etiam in opus perduxit. duo namque ducatorum milia in lancem argenteam coniecit; cum his ad sultanum accessit, eum adoravit, aurum manibus portans. quam ut ille vidit, interrogavit eam "quid sibi, mea mater, istud auri cum argentea lance vult?" respondit haec "habeo quendam monachum mihi proprium, quem, quaeso, mihi per maiestatem tuam liceat facere patriarcham." accepit sultanus aurum; magnas gratias novercae suae egit, quae tantam ipsi accessionem fecerat. tunc ei dicit

θέλεις." καὶ ἀποστείλας ὁρισμὸν ὁ σουλτάνος, εὔγαλαν τὸν κύριν Συμεὼν ἐκ τοῦ θρόνου καὶ ἐκ τῆς πατριαρχικῆς τιμῆς καὶ ἀξίας.

ΔΙΟΝΤΣΙΟΣ μητροπολίτης Φιλιππουπόλεως.

Ὡς οὖν ἀπεδιώχθη ὁ αὐτὸς κύρις Συμεών, ἐψήφισαν πατριάρχην τὸν αὐτὸν κύριν Διονύσιον, καὶ ἔδωκαν αὐτοῦ τὸ μικρὸν μήνυμα, καὶ τὸ μέγα μετὰ τὸν ἑσπερινόν. ἐκάθισαν αὐτὸν ἐν τῷ ὑψηλοτάτῳ πατριαρχικῷ μεγάλῳ θρόνῳ. καὶ δὲν εἶχε πλέον τίνα κάμῃ ὁ αὐτὸς κύρις Συμεών, ἐπειδὴ καὶ ὁ σουλτάνος ὅρισεν τοῦτο. γέγονε δὲ ἡ παροιμία δήλη "τῶν δύο δερνόντων ὁ τρίτος πρῶτος," ἤγουν, κατὰ τὸν κοινὸν λόγον, ὅταν δέρνονται οἱ δύο καὶ ἀποκάμουν καὶ ἀποσταθοῦν ἀπὸ τὸν δαρμόν, ὅταν ἔλθῃ ἄλλος τρίτος ἀπάνω εἰς αὐτούς, γίνεται πρῶτος, ἔσοντας ὅπου τοὺς εὑρίσκει καὶ τους δύο ἀποκαμομένους ἀπὸ τὸν δαρμόν, καὶ δὲν δύνουνται νὰ πολεμήσουν μετ' αὐτοῦ. ἔτζη ἔγινε καὶ εἰς τοὺς ἄνωθεν πατριάρχας· καὶ ὁ μὲν κύρις Συμεὼν ἀνεχώρησε καὶ ὑπῆγεν εἰς τὴν μονὴν τοῦ Στενημάχου, ὁ δὲ κύρις Μάρκος ἔλαβε τὸν θρόνον τῆς ἀρχιεπισκοπῆς Ἀχριδῶν παρὰ τῆς συνόδου, καὶ ἀρχιεράτευσεν ἐκεῖ ὀλίγον, καὶ ἀπέθανε.

Ὁ δὲ κύρις Διονύσιος αὐτός, ὁ πατριάρχης, ἔκαμε χρό-

"fac, mea mater, istud quod vis." cumque mandatum sultanus misisset, abductus est e throno Symeon, patriarchico honore et dignitate spoliatus.

VI. P. DIONYSIUS metropolita Philippopoleos.

Exacto ad hunc modum Symeone, patriarcham suffragiis crearunt proceres sacri Dionysium, primo minus ei dantes indicium, dein etiam maius post vespertinum cantum. tum in excelsissima magni patriarchici throni luce collocarunt. nec poterat rem impedire Symeon aut quicquam contra facere, quia tota sultani mandato gesta est. in hoc veritas proverbii comprobata fuit: "aliquo pari certante vincit tertius." cuius sententia est: duobus inter se contendentibus et defatigatione a certando desistentibus, si quis superveniat tertius, eum fieri primum, propterea quod illos inveniat illa decertatione defessos et iam ad resistendum invalidos. hoc equidem praedictis accidit patriarchis. quocirca Symeon discessit, Stenimachi coenobium ingrediens, Marcus autem apud Achridenses archiepiscopi sedem a synodi patribus accepit; cui muneri cum ad breve tempus praefuisset, diem suum obiit.

Enimvero Dionysius, illorum successor, octo annos patriarcham

νους ὑκτὼ πατριάρχης· ἦτον δὲ ἡ πατρίδα αὐτοῦ ἀπὸ τὴν Πελοπόννησον ἤγουν ἀπὸ τὸν Μοραίαν, καὶ ἦλθεν ἐδῶ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν μικρὸν παιδί, καὶ ἦτον εἰς τὴν μονὴν τῶν Μαγγάνων, καὶ ἔγινεν ὑποτακτικὸς κυροῦ Μάρκου τοῦ Εὐγενικοῦ, λέγω τοῦ Ἐφέσου. καὶ αὐτὸς τὸν ἀνάθρεψε, καὶ τὸν ἔμαθε καὶ τὰ ἱερὰ γράμματα, καὶ τὸν ἐδίδαξε καὶ τὴν μοναστικὴν πολιτείαν τῆς καλογερικῆς, καὶ τὸν ἐχειροτόνησε διάκον καὶ ἱερέαν· καὶ ἦτον μετ' αὐτοῦ ἕως ὅλης τῆς ζωῆς αὐτοῦ, τοῦ γέροντος, αὐτοῦ τοῦ Ἐφέσου. καὶ ὅταν ἐπολέμησε ταύτην τὴν Κωνσταντινούπολιν ὁ αὐτὸς σουλτάνος ὁποῦ τὴν ἐπῆρε, εὑρέθη τότε καὶ ὁ αὐτὸς κύρις Διονύσιος ἐδῶ, καὶ ἐπῆραν αὐτὸν αἰχμάλωτον μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν Χριστιανῶν, ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν καὶ παιδίων. ἀγόρασε δὲ αὐτόν, τὸν κύριν Διονύσιον, εἰς τὴν Ἀδριανούπολιν ἕνας ἄρχων ὀνόματι Κυρίτζης, καὶ τὸν ἐλευθέρωσε. καὶ ἀπὸ τὴν καλὴν ἀρετὴν ὁποῦ εἶχεν ὁ αὐτὸς κύρις Διονύσιος, ἔγινε μητροπολίτης Φιλιππουπόλεως, χειροτονηθεὶς παρὰ τοῦ πατριάρ-
128 χου Σχολαρίου. εἶτα καὶ πατριάρχης ἐγένετο. καὶ ὡσὰν ἦτον εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον, ὁ ἐχθρὸς καὶ πολέμιος τῶν Χριστιανῶν, λέγω ὁ διάβολος, ἐφθόνησε τὴν εἰρήνην καὶ τὴν κατάστασιν ὁποῦ εἶχεν ἡ ἐκκλησία τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἔβαλε καὶ ἔσπειρε ζιζάνια καὶ σκάνδαλα εἰς τοὺς κληρικούς, καὶ ἐσυκοφάντουν τὸν αὐτὸν πατριάρχην ὅτι ἔναι περιτετμημένος

egit. erat patria eius in Peloponneso, quae nunc Moraea dicitur; aetateque puerulus huc Cpolin venerat et in Manganorum monasterio vixerat. ibi Marco Eugenico Ephesi metropolitae se subdiderat ministrum; qui ei victum praebens in sacris etiam literis instituerat et ad severam monasticae vitae gravitatem informaverat diaconumque et presbyterum ordinaverat. perseveraverat itaque cum hoc Ephesio sene ad omnes dies vitae eius. obsessa deinde a sultano urbe fuit intus etiam Dionysius hic; et expugnata captus est cum aliis multis Christianis, viris feminis et pueris abductum autem Adrianopolin emit vir quidam primarius nomine Cyritza, et in libertatem vindicavit. ea deinde virtute Dionysius enituit ut metropolita Philippopoleos factus sit, a patriarcha Scholario declaratus. tandem illustrem quoque patriarchae gradum consecutus est. postquam hoc modo patriarchicum obtinuit thronum, cum nihil tam prodesset ecclesiae Christi quam pax et tranquillus rerum status, ecce inimicus humani generis et irreconciabilis hostis Christianorum eam felicitatem, quam tunc ecclesia habebat, ei invidit, immittens et disseminans infelix lolium et offensionis plena odia in clericorum animos, ut improbissimam de patriarcha calumniam spargere non dubitarent, ipsum fuisse

ἀπὸ τοὺς Τούρκους καὶ τὸν ἔκοψαν, ὅταν τὸν ἐπῆραν σκλάβον ἐδῶ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν. ἐσυνήχθη δὲ περὶ τῆς τοιαύτης κατηγορίας σύνοδος μεγάλη ἀρχιερέων, μητροπολιτων ἀρχιεπισκόπων καὶ ἐπισκόπων. καὶ καθίσαντες ἐν τῷ ἱερῷ κριτηρίῳ, μετὰ καὶ τῶν τιμιωτάτων κληρικῶν τῆς μεγάλης ἐκκλησίας συνηγμένων καὶ τῶν εὐγενεστάτων ἀρχόντων καὶ παντὸς τοῦ πλήθους τοῦ κοινοῦ λαοῦ· καὶ ὡς ἐκάθισεν ἡ ἱερὰ σύνοδος, ἦλθαν ἔμπροσθεν οἱ ἔλεγχοι αὐτοῦ τοῦ πατριάρχου, οἱ ὁποῖοι ἦσαν τινὲς ἐκ τῶν τοῦ κλήρου, καὶ ἔλεγαν καὶ ἐβόουν ὅτι ναὶ ἀληθῶς περιτετμημένος ἔναι ἀπὸ τοὺς Τούρκους. ὁ δὲ πατριάρχης ὄμνυε μετὰ φρικτῶν ὅρκων ὅτι τὰ ὅσα λέγουν δὲν εἶναι ἀληθινά· μόνον ἀδικία καὶ συκοφαντία ἔναι. ἀμὴ αὐτοὶ δὲν ἔστεργαν τοὺς ὅρκους αὐτοῦ· μόνον περισσοτέρως ἐβόουν ὅτι περιτετμημένος ἔναι. ἀκούοντα δὲ ἡ σύνοδος ταῦτα ἐθαύμαζε, καὶ τινὲς μὲν ἐπίστευαν τοῦτο καὶ τινὲς δὲν τὸ ἐπίστευαν. ὁ δὲ πατριάρχης ἐβλέποντα τοὺς ἐλέγχους καὶ ἐχθροὺς αὐτοῦ, ὅτι θέλουν νὰ τὸν κατακυριεύσουν μὲ τὰ ψέματα, δὲν εἶχε τίνα κάμῃ διὰ νὰ φανῇ ἡ ἀλήθεια καὶ πῶς αὐτοὶ λέγουν ψέματα. ἐξ ἀνάγκης καὶ νόμου μετάθεσις γίνεται. καὶ ἔτζη ἐσηκώθη καὶ ἐσταμάτισεν ὀρθὸς μέσα εἰς τὴν μέσιν τοῦ πλήθους τοῦ λαοῦ, καὶ ἐσήκωσε ταῖς ἄκραις τῶν ῥουχῶν αὐτοῦ ὁποῦ ἐφόριε, καὶ ἔδειξε

circumcisum a Turcis, idque illo tempore quo Cpoli captivum in servitutem abduxissent. convocata fuit, huius criminationis cognoscendae causa, ampla synodus frequentibus pontificibus metropolitis archiepiscopis et episcopis. qui cum in S. iudicio consedissent, advocatis quoque venerabilibus magnae ecclesiae clericis, congregatis item principibus de nobilitate viris ac tota populi multitudine, considente iam S. synodo progrediuntur in medium accusatores patriarchae, qui erant ex clericorum coetu. asseverant, nec sine clamore ac maiore vocis contentione, se vere hoc dicere, patriarcham a Turcis circumcisum esse. patriarcha contra severissime iurare, ea quae ipsi dicant nequaquam esse vera, sed iniquissimum et impudentissimum mendacium. illi vero nihil loci iuri iurando eius relinquere, sed tantum maiore voce instare, et contendere circumcisum esse. patres et qui concilio aderant, mirabantur haec audientes, quibusdam crimen verum esse credentibus, aliis autem fidem derogantibus. quamobrem patriarcha, cernens vim et vehementiam adversariorum suorum; eos hoc solum agere, quomodo putidissimis ipsum mendaciis perfunderent; quo se verteret non habebat, ut veritas in lucem veniret et ipsorum calumnia patefieret. quia ergo pernegando et sanctissime iurando nihil proficiebat, ex necessitate ad remedium legibus non

τὴν σάρκαν αὐτοῦ εἰς ὅλον τὸν λαόν, ἀπὸ τὸ ἕνα μέρος καὶ ἀπὸ τὸ ἄλλο, δεξιᾶ καὶ ζερβᾶ, καθὼς ἐκαθεζόντησαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ κληρικοὶ καὶ οἱ ἄρχοντες καὶ ὅλος ὁ λαός. καὶ ὡς ἴδαν τὴν καθαρότητα καὶ παρθενίαν αὐτοῦ, ὅλοι ἐξεπλάγησαν καὶ ἐθαύμασαν, διότι δὲν ἦτον σαρκὸς σημεῖον εἰς αὐτόν, ἤγουν τοῦ αὐλοῦ, εἰ μὴ μόνον ὀλίγον κομάτη τομάρη. καὶ τῆς ὥρας ἡ σύνοδος ἔδραμαν καὶ κατεφίλησαν τοὺς πόδας αὐτοῦ· οἱ δὲ κατήγοροι, ὁποῦ τὸν ἔλεγχαν, πολλὰ ἐντροπιάσθησαν καὶ ἀπὸ τοὺς Χριστιανοὺς πολλὰ ὑβρίσθησαν
129 καὶ ὀνειδίσθησαν. ἔπεσαν δὲ εἰς τὰ ποδάρια τοῦ πατριάρχου, νὰ τοὺς συγχωρήσῃ τὴν ἀδικίαν καὶ συκοφαντίαν ὁποῦ τοῦ ἐκατασκεύασαν. ἀμὴ τελείως δὲν ἠθέλησε νὰ τοὺς συγχωρήσῃ, οὐδὲ κἂν νὰ γυρίσῃ νὰ τοὺς ἰδεῖ· μόνον ἐσταμάτισε μετὰ παρρησίαν, καὶ ἔβαλεν ἐπιτραχήλιον καὶ ὠμοφόριον, καὶ ἀφόρισεν αὐτοὺς ὅλους, ὁποῦ ἐσυνέργησαν καὶ ἐκατασκεύασαν αὐτοῦ ταύτην τὴν συκοφαντίαν. καὶ μετὰ τοῦτο ἔγραψε τὴν παραίτησιν αὐτοῦ. οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ ὁ κόσμος ὅλος ἐπαρεκάλουν αὐτὸν νὰ διαμείνῃ εἰς τὸν θρόνον αὐτοῦ. ἀλλ' αὐτὸς τελείως δὲν ἤθελε νὰ ἀκούσῃ νὰ μείνῃ εἰς τὸν θρόνον· μόνον ὀγλήγορα εὐγῆκεν ἀπὸ τὴν πόλιν ἔξω μὲ ὅλον του τὸν

6. *μέρος δέρματος interpretatur mihi Theodosius* (Zygomalas). Crusius.

comprehensum sibi confugiendum duxit. hac cogitatione suscepta et apud animum suum confirmata surgit; erecto corpore in medio circumstantis populi stat; oram vestimentorum, quae gestabat, tollit; particulam carnis suae monstrat toti populo, quoquo versus se convertens, pro eo ac sedebant principes sacerdotes et clerici et primores, totus denique populus. apparuit ibi castissimi hominis puritas virginalis, quam cum summa admiratione obstupuerunt, quia nullum carnis indicium in fistula seu virga erat, sed tantum parva pars cutis conspiciebatur. tunc confestim synodus accurrens deosculata est pedes eius. accusatores vero, qui falsum ei crimen intulerant, vehementer pudefacti erubuerunt, multis conviciis et probris a pio coetu proscissi. ergo ad pedes patriarchae se abiicere, veniam iniuriae et scelestissimae criminationis intentatae orare. at ille nullo pacto eis ignoscere, sed ne quidem se ad aspiciendum eos convertere. tantum fidenter et obstinate stetit; collarem et humeralem vestem a se reiecit; eos omnes exécratus est qui conflassent in ipsum tantam sycophantiam adiutoresque se praebuissent. postea renuntiationem officii sui inscripsit. ibi tum principes ecclesiae tum concilium universum orant ipsum ut in sua statione permaneat. at nullo modo cedere precibus eorum sustinuit, sed tantum a manendo abhorruit ut mox urbe, cum omni suo peculio et supellectile omnibusque rebus quas

βίον καὶ μὲ ἄλλα πράγματα ὅπου εἶχε, καὶ ὑπῆγεν ἐν τῷ μοναστηρίῳ τῆς ἀχειροποιήτου ὑπεραγίας Θεοτόκου τῆς Κοσινίσσης, ὅποῦ ἔναι πλησίον τῆς Καβάλας. καὶ ἔκαμε μετάνοιαν ἐκεῖ, καὶ ἀνακτήσεις πολλὰς καὶ καλλιεργίας καὶ μέσα καὶ ἔξω ἐκαλλώπισε καὶ εὐτρέπισε. καὶ ἐκαθέζετο καὶ ἔζιεν εἰρηνικῶς καὶ ἀσκανδαλίστως, καὶ εὐλαβοῦντο πολλὰ αὐτὸν ὅ τε ἡγούμενος καὶ οἱ γέροντες καὶ ὅλοι οἱ καλόγεροι.

Ἡ δὲ θεία καὶ ἱερὰ σύνοδος ἔπεσαν εἰς μεγάλην ἀδημονίαν, ποῖον νὰ κάμουν πατριάρχην. καὶ ὁμοφώνως ἐπροσκάλεσαν τὸν πρώην.

ΣΥΜΕΩΝ πάλιν ὁ ἄνωθεν, Τραπεζόντιος.

Ὡς γὰρ ἔκλεξαν δευτέραν φορὰν τὸν αὐτὸν πρώην πατριάρχην κύριν Συμεών, ἐπῆραν αὐτὸν καὶ τὸν ἤφεραν εἰς τὴν καθολικὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, καὶ ἐκάθισαν αὐτὸν ἐν τῷ ὑψηλοτάτῳ θρόνῳ τῷ πατριαρχικῷ, καὶ ἀπέλαβε πάλιν τὸν θρόνον αὐτοῦ. ὅμως ὡσὰν ἔστησαν τοῦτον τὸν κύριν Συμεὼν πατριάρχην, ὑπῆγαν καὶ ἔδωκαν εἰς τὴν πόρτα τοῦ σουλτάνου πεσκέσιον τὰ χίλια φλωρία τὰ πρῶτα, ὅποῦ ἔβαλε τὴν κακὴν ἀρχὴν αὐτὸς ὁ κύρις Συμεών. καὶ ὁ τευτερτέρης δέν τους ἐδέχθη τελείως· μόνον τοὺς ἀπεδίωξεν, ἔσοντας

habebat, exiverit et in monasterium sanctissimae, manu non factae, deiparae Cosinissae, prope Cabalam situm, intraverit. ibi vitam paenitentiae plenam egit, multa monasterii illius instauravit, melius extruxit, eleganter ornavit, ad usus recte paravit. ibi sedens, pace fruens, extra omnes rixas et offensiones vixit, venerantibus ipsum, quantum satis erat, et abbate et senibus et cunctis monachis.

Interim divina et sacra synodus magna conflictabatur difficultate, quemnam alium faceret patriarcham. tandem unanimi consensu et voce advocarunt illum qui antehac patriarcha fuerat, Symeonem.

VII. P. SYMEON denuo superior ille Trapezuntius.

Hunc iterum patriarcham cum legissent, duxerunt in magnam ecclesiam catholicam et in altissima patriarchica sede collocarunt. sic pristinum honorem recepit. hac patriarchae restitutione facta abierunt ad portam seu palatium sultani, ut darent mille ducatos, pescesii nomine seu doni, quod ipsius huius Symeonis culpa in ecclesiam introductum fuerat. at illos plane quaestor accipere noluit, sed adferentes facessere iussit: se in rationibus regii fisci scriptum

νὰ εὕρῃ εἰς τὸ κατάστοιχον τῆς βασιλείας φλωρία χιλιάδας δύο πεσκέσιον, ὁποῦ τὰ ἔδωκεν ὁ ἄνω γεγραμμένος πρώην πατριάρχης κύρις Διονύσιος. μὴ ἔχοντες δὲ τί νὰ κάμουν ὅ τε πατριάρχης καὶ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ κληρικοί, ἔδωκαν τὰς δύο χιλιάδας, τὰ φλωρία, καὶ ἔτζη εἰρήνευσεν ὁ τευτερτέρης.

Ἔκαμε δὲ ὁ αὐτὸς πατριάρχης εἰς τὸν θρόνον χρόνους τρεῖς, καὶ ἐπέρνα εἰρηνικῶς χωρὶς καμίαν σύγχυσιν ἢ σκάνδαλον. ἀμὴ φθονήσας τοῦτο ὁ τῶν σκανδάλων ἀρχηγὸς καὶ ἐχθρὸς ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν, ὁ διάβολος, καὶ ἐφάνη εἰς τὴν μέσιν ἕνας ἱερομόναχος ὀνόματι Ῥαφαὴλ, τοῦ ὁποίου ἦτον ἡ πατρίδα του ἀπὸ τὴν Σερβίαν, καὶ εἶχε μεγάλην φιλίαν καὶ παρρησίαν εἰς τὴν πόρτα τοῦ σουλτάνου, ἔσοντας ὁποῦ ἀγάπουν αὐτὸν οἱ πασιάδες. καὶ ὡς εἶχε παρρησίαν εἰς αὐτούς, ὑπῆγε καὶ ἐπροσκύνησεν αὐτούς, καὶ ὁμίλησε μετ' αὐτῶν καὶ ἐσυμφώνησε καὶ ἔστερξεν ὅτι νὰ δίδει τὸν καθὲν χρόνον εἰς τὴν πόρτα τοῦ σουλτάνου χαράτζιον φλωρία χιλιάδας δύο. καὶ τὸ πεσκέσιον ἔκαμαν νὰ δίδεται ὁπόταν γίνεται νέος πατριάρχης. ἀκούσαντες δὲ τοῦτο οἱ πασιάδες ἐδέχθησαν τὸν Ῥαφαὴλ τὸν φίλον αὐτῶν ἀσπασίως, καὶ ἀναφορὰν ἤγουν ἄρτζη περὶ τούτου τῷ σουλτάνῳ ἔκαμαν. καὶ ἀκούσας τοῦτο ἐχάρη πολλά, καὶ ἐν τῷ ἅμα ἔδωκεν ὁρισμόν, καὶ εὐγαλαν τὸν αὐτὸν κύριν Συμεὼν ἀπὸ τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου.

reperire duo milia pescesium, quae Dionysius, antecessor huius, de quo supra scriptum, dederit. cui cum resistere non possent, patriarcha et antistites et clerici sane petitam duorum milium summam dederunt, et ita quaestorem pacaverunt.

Egit hic patriarcha in suo throno triennium, pacate traducens, nulla turbatione aut contentione exorta. id bonum cum offensionum dux et auctor communisque hostis Christianorum, diabolus, ecclesiae invideret, ecce tibi exoritur hieromonachus nomine Raphael, cuius patria alicubi in Servia erat. hic aditum in palatium habebat, multorum amicitia florens, bassis carus. apud quos cum libere agere posset, adit eos supplex, colloquitur, paciscitur, pollicetur se quotannis illaturum in aerarium palatii regii charatzium, h. e. tributum, duo milia aureorum. de pescesio iam convenerat, quod daretur, quando novus fieret patriarcha. bassae postquam haec audierunt, amicum suum Rhaphaelem libenter admiserunt, eaque de re ad sultanum rettulerunt. qui re audita multum delectatus est, statimque Symeonem e patriarchico throno abduci imperavit; quod et factum est.

ΡΑΦΑΗΛ ἱερομόναχος ὁ Σέρβος.

Ἐλθόντων δὲ μερικῶν ἀρχιερέων μετὰ βασιλικοῦ ὁρισμοῦ εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν διὰ νὰ κάμουν τὸν Ῥαφαὴλ πατριάρχην, καὶ ὡς ἦλθε, ἔκαμαν τοὺς ψήφους καὶ τὴν χειροτονίαν στανικός τους. καὶ ἐχειροτονήθη ὑπὸ τοῦ Ἀγκύρας, ὅτι ὁ Ἡρακλείας, πρὶν περὶ νὰ συναχθῇ ἡ σύνοδος, τὸ ἔμαθε καὶ ἔγινεν ἀσθενής, καὶ ὁ Καισαρείας καὶ ὁ Ἐφέσου ἔτυχε καὶ δὲν ἦλθα. καὶ ὡς τὸν ἐχειροτόνησαν, τὸν ἀνέβασαν εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον ὡς πατριάρχην. ἔκαμαν δὲ τινὲς στάσιν ὅτι νὰ μηδὲν συλλειτουργήσουν μετ' αὐτοῦ· ἀμὴ ἀπὸ τὸν φόβον τους καὶ στανικός τους ἐσυλλειτούργησαν. ἦτον δὲ φίλος τῆς μέθης πολλὰ καὶ τῆς τραπέζης· καὶ καθ' ἡμέραν, ὅλου τοῦ χρόνου τὰς ἡμέρας, ἴσα ταῖς ὑπήγενε, τόσον νύκτα ὡσὰν καὶ ἡμέρα, καὶ οὔτε ὥρες, οὔτε ἑσπερινὸν οὔτε ὄρθρον, αὐτὸς ποτὲ δὲν ἄκουε. καὶ ὁπότε ἤθελε τὸν ἐγυρέψῃ τινὰς διὰ χρείαν τινὰ πνευματικὴν ἢ διὰ κρίσιν, πάντοτε νηστικὸς δὲν ἦτον, μόνον μεθυσμένος. καὶ ἂν θέλετε νὰ πιστέψετε τοῦτο, τῇ φρικτῇ ἡμέρᾳ τῆς μεγάλης παρασκευῆς εἰς τὴν ἀγρυπνία τῶν ἁγίων παθῶν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἦτον μεθυσμένος, καὶ ἔστεκεν εἰς τὸν θρόνον, καὶ ἀπὸ τὴν μέθην

14. *ὧρες haec, ait Theodosius, sunt καιροὶ ὅτε ᾄδουσιν ἐς ναὸν θεοῦ.* Crusius.

VIII. P. RHAPHAEL hieromonachus Servius.

Edicto regio convenerunt nonnulli sacerdotes primarii in magnam ecclesiam ad faciendum patriarcham Rhaphaelem. qui cum venisset, suffragia et designationem aggressi sunt praeter voluntatem suam ordinatus itaque ab Ancyrano est, quia Heracleensis, ante congregationem synodi hoc resciscens, aegrotare coepit. accidit quoque ut Caesariensis et Ephesius non venirent. peracta ordinatione subduxerunt hominem in patriarchicum suggestum ut patriarcham. certi vero quidam seditionem fecerunt, ne cum ipso liturgias facerent: metu tamen perculsi vel inviti una sacris operati sunt. erat porro ebrietati et crapulae multum deditus: imo quotidie per totum anni orbem helluando dies et noctes huiusmodi morum dissolutione traducebat, nullas canonicas horas, nec vespertinas nec matutinas, ipse unquam audiens. quotiescunque aliquis, aut propter necessitatem et usum spiritalem aut propter ius dicendum, ipsum quaerebat, nunquam sobrius erat sed semper ebrius. quod ut magis credatur, aio ipso venerando magnae Parasceues die, quando sanctissimae passionis domini nostri Iesu Christi meditationi invigilandum erat, ipsum vino oppletum fuisse. stetisse quidem in throno, verum prae ebrietate consistere non potuisse, sed de manu eius sceptrum sacrum cecidisse. id humo quidam su-

δὲν ὑπόριε νὰ στέκῃ· μόνον ἔπεφθε τὸ δικανίκιον ἀπὸ τὸ χέρη του, καὶ τὸ ἐπέρναν κάτωθεν, καὶ τὸν ἐξύπνουν, καὶ τοῦ τὸ ἔδωκαν. καὶ ἐμίσησαν αὐτὸν ὁ κόσμος, ἱερωμένοι καὶ λαϊκοί, ἕνα μὲν ἀπὸ τὴν καθημερινὴν μέθην, ἄλλο δὲ καὶ ἀπὸ τὴν γλῶτταν, ὁποῦ δὲν ἐγρίκα Ῥωμαΐϊκα, μόνον Σέρβικα, διότι, ὡς εἴπαμεν, ἦτον ἀπὸ τὴν Σερβίαν καὶ ὁμίλιε Σέρβικα, καὶ Ῥωμαΐϊκα τελείως δὲν ἐγρίκα· μόνον εἶχε δραγουμάνον, ὁποῦ ὁμίλιε.

131 Καὶ ὡσὰν ἔλαβε τὸν πατριαρχικὸν θρόνον, ὁποῦ ἔταξε ταῖς δύο χιλιάδες τὰ φλωρία, νὰ τὰ δίδει καθὲν χρόνον χαράτζιον, ἦλθε τὸ τέλος τοῦ χρόνου νὰ τὰ δώσῃ. καὶ ἔκραξαν αὐτὸν εἰς τὸ διβάνη οἱ πασιάδες, καὶ ἐζήτησαν αὐτοῦ τὸ χαράτζιον, καθὼς ὑπεσχέθη νὰ δίδει. καὶ τοῦτος οὔτε χαράτζην εἶχεν οὔτε τινὰν βοηθόν, νὰ τοῦ βοηθήσῃ, οὔτε ἀπὸ τοὺς κληρικοὺς οὔτε ἀπὸ τοὺς ἄρχοντιας οὔτε ἀπὸ τοῦ λαοῦ. καὶ ἰδόντες οἱ πασιάδες ὅτι ἐγέλασεν αὐτούς, ἔβαλαν αὐτὸν εἰς τὴν φυλακήν. καὶ ἔτζη ἐπέρασαν ἡμέραι ὀλίγαι, καὶ ἐζήτησε παρὰ τῶν πασιάδων θέλημα νὰ τοῦ δώσουν, νὰ εὔγῃ ἀπὸ τὴν φυλακήν, νὰ περπατεῖ ἐλεημοσύνη ἀπὸ τοὺς Χριστιανούς, μήπως καὶ συνάξῃ ἀπὸ τὸ χρέος τὸ αὐθεντικόν. καὶ ἔτζη ὥρισαν, καὶ τοῦ ἔβαλαν ἀντὶ τοῦ ἐπιτραχηλίου καὶ ὠμοφορίου ἅλυσσον σιδηρένια βαρέα, καὶ τοῦ ἔδωκαν καὶ ἕναν Τοῦρκον· καὶ τὸν ἔσυρνε

stulerunt eique, cum e somno excitassent, reddiderunt. qua de causa omnibus odio fuit, tum consecratis hominibus tum laicis; idque partim propter quotidianum temulentium, partim propter linguae ruditatem. Graeca enim non callebat, sed tantum Service sciebat, quoniam, ut antea diximus, e Servia genus ducebat. itaque Service loquebatur, Graecam linguam prorsus non intelligebat, sed quando loquendum erat, interprete utebatur.

Cum hoc modo thronum conscendisset, pollicitatione bis mille ducatorum quotannis pro tributo persolvendorum, primus annus elapsus est, et charatzium erat dandum. accersiverunt ergo ipsum bassae in senatum, postulantes ab eo promissum charatzium. at iste simplex nec charatzium habebat, nec quemquam qui ipsi succurreret, non clericum, non primarium virum, non de populo ullum. videntes ergo bassae se ab ipso delusos esse, compegerunt miserum in carcerem. elapsis aliquot diebus petiit sibi facultatem a bassis dari e custodia exeundi ob cogendam a Christianis stipem, si forte ex eleemosynae collectione posset, quod fisco debebat, persolvere paruerunt illi: sed loco indumenti colli et humerorum catenam ei ferream gravem iniecerunt, adiuncto Turca, qui eum trahebat et custodiebat.

καὶ τὸν ἐφύλαγε. καὶ ἐκεῖ ὁποῦ ἐπερπάτιε μὲ τὴν ἄλυσσον καὶ ἐζήτει ἤτοι ἐσύναζε, τὰ ἔτρωγε καὶ τὰ ἔπινε, καὶ ἀπέθανε κακῶς ὁ ταλαίπωρος.

Μετὰ δὲ τὸν θάνατον τούτου ἐσυνάχθη σύνοδος μεγάλη μητροπολιτῶν ἀρχιεπισκόπων καὶ ἐπισκόπων, κληρικῶν ἡγουμενῶν ἀρχιμανδριτῶν καὶ ἁπλῶς ἄλλων ἱερέων, ἀρχόντων, χρησίμων ἀνδρῶν καὶ τοῦ κοινοῦ λαοῦ. καὶ συνεβουλεύθησαν ποῖον νὰ κάμουν πατριάρχην. ὅμως ἦσαν εἰς μεγάλην ἀπορίαν διὰ νὰ εὕρουν ἄξιον ἄνδρα, ὁποῦ νὰ πιάσῃ τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Χριστοῦ, νὰ τὴν ἐποιμαίνει ὀρθῶς καὶ δικαίως.

ΜΑΞΙΜΟΣ ὁ λόγιος καὶ σοφώτατος πολλά.

Θεοῦ σοφίᾳ, κοινῇ γνώμῃ ἐψήφισαν αὐτὸν τὸν θεολογικώτατον Μάξιμον, ὁ ὁποῖος ἦτον μέγας ἐκκλησιάρχης τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ταύτης τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ὀνόματι Μανουήλ· ὁποῦ τοῦ ἔσχισαν τὴν μίτην διὰ ὁρισμοῦ τοῦ σουλτάνου, διὰ νὰ μηδὲν πατηθῇ ὁ νόμος ὁποῦ ἐπροεγράψαμε, διὰ ὄνομα τοῦ πρωτοβεστιαρίου τῆς Τραπεζοῦντος, ὁποῦ ἐζήτει νὰ ἐπάρῃ τὴν μοιχαλίδα, καὶ τὴν ἐπῆρε. ἔκαμαν δὲ αὐτὸν τὸν μέγαν ἐκκλησιάρχην καλόγηρον καὶ ἐμετονόμασαν αὐτὸν

quocunque igitur catenatus veniebat, mendicabat, et quae colligebat, in cibum ac potum vertebat. ita misere hanc aerumnosam vitam reliquit.

Hoc e vivis sublato coacta fuit frequens synodus, concurrentibus metropolitis archiepiscopis et episcopis, clericis, abbatibus, prioribus et aliis sacerdotibus, nec non nobilibus viris, et quos interesse referebat, denique multitudine plebeia. hi consultarunt inter se quemnam in locum patriarchae sufficerent. tunc in magna difficultate disquisitionis erant, ut aliquem tanto honore dignum invenirent, qui ecclesiae Christi curam suscipiens eam recte et iuste, sicut bonum pastorem decet, administraret.

IX. P. MAXIMUS vir longe doctissimus.

Sapienti tandem providentia dei, unanimi sententia legerunt divinarum rerum scientissimum virum, qui antea Manueli nomen habens postea Maximus nuncupatus fuit. erat is ille magnus magnae nostrae ecclesiae ecclesiarcha, cuius nasus imperio sultani fissus fuerat, quod pati noluerat conculcari legem, sicut supra scripsimus, Trapezuntii protovestiarii causa, qui adulteram ducere malo exemplo studuerat, sicut et duxit. hunc ecclesiarcham fecerunt monachum et

Μάξιμον. καὶ ἔτζη τοῦ ἔδωκαν τὸ μικρὸν μήνυμα, καὶ τὸ μέγα μετὰ τὸν ἑσπερινόν. καὶ ἐπὶ τὴν αὔριον λειτουργίας γενομένης, συναγμένου παντὸς τοῦ λαοῦ, ἱερωμένων καὶ κοσμικῶν, ἐχειροτόνησεν αὐτὸν ὁ Ἡρακλείας πατριάρχην εἰς τὴν παμμακάριστον, γενομένης παρρησίας μεγάλης καὶ εὐτα-
132 ξίας. καὶ λαβόντες αὐτὸν ἔβαλαν ἐν τῷ ὑψηλοτάτῳ θρόνῳ τῷ πατριαρχικῷ, δώσαντες αὐτοῦ ἐπὶ χεῖρας καὶ τὸ δικανίκιον, ψαλλόντων τῶν ψαλτῶν, ὡς σύνηθες, τὸν δεσπότην καὶ ἀρχιερέαν. καὶ οὕτως εὐλόγισε τὸν λαὸν τοῦ κυρίου. μετὰ δὲ ταῦτα ἐπῆραν αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ κληρικοὶ καὶ οἱ ἄρχοντες μὲ τὰ πεντακόσια φλωρία, τὸ πεσκέσιον, καὶ ὑπῆγαν, καὶ ἐφίλησε τοῦ σουλτάνου τὸ χέρι, καὶ τὰ φλωρία εἰς τὴν πόρταν αὐτοῦ ἔδωκε. καὶ εἰς τὸ τέλος τοῦ καθενὸς χρόνου ἔδειδαν ταῖς δύο χιλιάδες, τὰ φλωρία, τὸ χαράτζιον.

Πατριαρχεύοντος δὲ αὐτοῦ, τοῦ κυροῦ Μαξίμου τοῦ λογίου, ὅλα τὰ τῆς ἐκκλησίας ἐπερνοῦσαν εἰρηνικὰ καὶ ἀσκανδάλιστα, ἔσοντας ὁποῦ ἐξεριζώθησαν τὰ σκάνδαλα ἀπὸ τὸ μέσον καὶ ἔμεινεν ἡ κατὰ Θεὸν ἀγάπη. ἐποίμαινε γὰρ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ κυρίου, καὶ δὲν ἔπαυε καθ' ἑκάστην κυριακὴν καὶ εἰς τὰς δεσποτικὰς ἑορτὰς καὶ θεομητορικὰς νὰ διδάσκει ἐπὶ ἄμβωνος τὸν λαὸν τοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἦτον λογιώτατος καὶ γλυκὺς εἰς τοὺς λόγους του,

ΙΕΡΕΜΙΑΣ πάλιν ὁ πατριάρχης.

Ὡς ἐκάθισε τὸ δεύτερον εἰς τὸν ὑψηλότατον πατριαρχικὸν θρόνον, τοὺς μὲν ἠγαπημένους αὐτοῦ ἀγάπα περισσοτέρως, τοὺς δὲ ἐχθροὺς ἔκαμε φίλους καὶ ἐσυγχώρησεν αὐτῶν· καὶ ἐχαίρετον ὁ κόσμος, ὅτι, ὡς ἐγράψαμεν, ἦτον ἄνθρωπος εἰρηνικὸς καὶ ταπεινός. τὸν δὲ παράνομον πατριάρχην, αὐτὸν τὸν Ἰωαννίκιον, ἀπεδίωξαν ἀπὸ τὴν πόλιν, καὶ ὑπῆγε κατησχυμένος καὶ ὑβρισμένος καὶ ὀνειδισμένος καὶ ἀναθεματισμένος παρὰ πάντων τῶν ὀρθοδόξων Χριστιανῶν. καὶ εἰς ὀλίγον καιρὸν ἀπέθανε κακῶς καὶ ὀδυνηρῶς, καὶ εὑρέθη ἀφωρισμένος τυμπανιαῖος, ἔσοντας ὅπου ἀφωρίσθη παρὰ

voce recitavit. at Hieremias, audito standum esse illo tributi auctu, respondit "non accipio ego istam condicionem, sed patriarchatu potius abeo." verum enimvero populus, audito hoc, pro pietate sua accurrens deosculatur pedes bassae; auctarium approbat, quantumvis reclamante Hieremia. ita eum rapiunt, abducunt, in patriarchico throno locant, comitante magno regis tzausche, magna tunc laetitia et gratulatione, tum per urbem tum Galatae, die illo exorta; die festo non modo ab ipsis sed etiam a vicinis locis solennibus ceremoniis acto.

XXI. P. HIEREMIAS pristino honore restituto.

Posteaquam ergo hic in sublimi throno resedit, amicos quidem suos maiore caritate complexus est, inimicos vero leniens amicos sibi reddidit, venia eis data; gratulatique sunt sibi homines de virtute eius, quod is esset, ut scripsimus, homo paci deditus et humilitate modestiaque animi conspicuus. illum autem suppositicium patriarcham Ioannicium civitate expulerunt; qui pudefactus discessit, probris contumeliis anathematica execratione omnibus piis incessentibus nec multo tempore post malus male et cum dolore periit; anathemateque constrictus ceu tymoanum inflatus repertus est, quandoquidem a

τῶν τεσσάρων πατριαρχῶν ὡς παράνομος, καὶ ἐκολάσθη ὁ ταλαίπωρος.

Ἀφ' οὗ γὰρ ἔλαβε τὸ δεύτερον τὸν πατριαρχικὸν θρόνον ὁ αὐτὸς κύριος Ἱερεμίας, ἔγινε μεγάλη σύγχυσις καὶ ταραχὴ εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν καὶ εἰς πάντας εὐσεβεῖς, ἱερωμένους καὶ κοσμικούς, ἔσοντας ὅποῦ ἐσυνάχθησαν ὅλοι οἱ γραμματικοὶ καὶ σοφοὶ τῶν Τουρκῶν, ἔχοντας εἴδησιν ἐγγράφως εἰς τὰ χαρτία αὐτῶν ὅτι αὕτη ἡ Κωνσταντινούπολις ἐπάρθη ἀπὸ σπαθίου παρὰ τοῦ σουλτᾶν Μεχεμέτη· καὶ εὐγαλαν φεϊτιφᾶν * ὅτι, ὅποιον κάστρον ἐπάρθη μὲ τὸ σπαθῆ, χωρὶς νὰ προσκυνήσῃ, εἰς αὐτὸ τὸ κάστρον ἐκκλησία Ῥωμαΐκη νὰ μὴ δὲν ψάλλεται, οὐδὲ νὰ ἔναι· μόνον νὰ τὰς χαλάσουν ἐκ βάθρων γῆς. εἶχαν δὲ τοῦτον τὸν φεϊτιφᾶν οἱ Τοῦρκοι κεκρυμμένον, ἔσοντας ὅποῦ ἦσαν βεβαιωμένοι τὸν ἐπαρμὸν τῆς πόλις, ὅποῦ ἔκοψαν τὸν βασιλέαν καὶ ὅλον τὸν λαόν, καὶ ἐπάρθη ἀπὸ σπαθίου, ὡς εἴπαμε. καὶ ἦσαν ἡτοιμασμένοι νὰ δράμουν μιᾷ ἡμέρᾳ νὰ χαλάσουν τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν καὶ τὰς ἄλλας, ὅσας εὑρίσκονται ἐδῶ μέσα εἰς τὴν πόλιν, κατὰ τὴν ἀπόφασιν τοῦ φεϊτιφᾶν καὶ τοῦ ὁρισμοῦ
157 τοῦ βασιλικοῦ. ὁ δὲ ἄρχων ὁ Ξενάκης εἶχε μεγάλην φιλίαν μετὰ τοῦ τότε καδήλεσκέρη, καὶ ὑπῆγεν ὁ αὐτὸς ἄρχων νὰ προσκυνήσῃ αὐτόν, ὡς εἶχε συνήθειαν κατὰ ἡμέρας, νὰ μηδὲν λείπῃ ἀπ' αὐτοῦ μετὰ πάσης δουλοσύνης. καὶ ὡς ὑπῆγε, τοῦ λέγει

quattuor patriarchis, propter iniquitatem suam, ecclesiae consortio spoliatus fuerat. ita poenas merito suo dignas miser dedit.

Illa tempestate qua ius throni sui receperat hic Hieremias, accidit magna perturbatio confusioque magnae ecclesiae et omnibus piis, tum consecrati tum profani, ordinis. omnes enim literis eruditi et docti Turcarum convenerant, notitiam certam ex scriptis suis habentes, urbem hanc Constantini armis et vi expugnatam a sultano Mechemeta fuisse. proinde legem exhibuerunt: quaecunque civitas, deditione recusata, vi expugnata esset, in eius civitatis nulla ecclesia Graeca sacris operandum, imo ne ecclesiam quidem talem ullam ibi relinquendam esse, sed deiiciendam et a fundamentis evertendam. habuerunt eam legem Turcae occultam, cum quidem de expugnatione urbis certi essent: imperatorem et populum cunctum caesum esse, ipsamque urbem, ut diximus, ferro expugnatam. itaque parati erant certo die concurrere, et magnam ecclesiam ceteraque urbis huius templa cuncta ex tenore legis illius demoliri et evertere. interim primarius e nobilitate vir, Xenaces, apud eius temporis quaesitorem iudicii seu doctorem legis summum (caddilesceren appellant) gratiosus erat. is tunc adiit eum pro observantia sua salutandi causa, si-

"ἤξευρε ὅτι εἰς ἡμέρας πέντε ὅλας σας τὰς ἐκκλησίας καὶ τὸ πατριαρχεῖον χαλοῦν ἀπὸ τὰ θεμέλια, ὅτι φεϊτιφᾶς εὐγῆκε, κάστρον, ὁποῦ νὰ πολεμοῦν καὶ νὰ τὸ νικήσουν μὲ τὸ σπαθῆ τους, ἐκεῖ ἐκκλησία Ῥωμαΐκη νὰ μηδὲν ἔναι τελείως, οὐδὲ νὰ εὑρίσκεται." ἀκούσας δὲ τοῦτο ὁ Ξενάκης, ἠλλοιώθη ἡ ὄψις τοῦ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἐγίνετο ὡς νεκρός, καὶ ἔτρεμε. προσκυνήσας δὲ τὸν καθδηλεσκέρη εὐγῆκεν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἦλθεν εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, καὶ ἀνέβη εἰς τὸν πατριάρχην μετὰ πολλῶν δακρύων, καὶ δὲν ἐδύνετο νὰ ὁμιλήσῃ· καὶ ὁ πατριάρχης ἐρώτα αὐτὸν "τί ἔναι ἡ λύπη σου καὶ τί τὸ δάκρυον;" καὶ μετὰ ὥρας τοῦ λέγει "φεϊτιφᾶς καὶ ὁρισμὸς εὐγῆκε τοῦ βασιλέως, ὅτι, ἐπειδὴ ἡ πόλις ἐπάρθη ἀπὸ σπαθίου μὲ πόλεμον, ὅλας τὰς ἐκκλησίας τῶν Χριστιανῶν νὰ χαλάσουν, ὁποῦ εἶναι μέσα." ἀκούσας δὲ τοῦτο ὁ πατριάρχης, ἦλθε μέγας φόβος καὶ τρόμος εἰς αὐτόν, καὶ ἐκατέβενεν ὁ ἵδρος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ὥσπερ βροχὴ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ εἰς τὴν γῆν. καὶ τῆς ὥρας ἐκατέβη κάτω ἀπὸ τὸ θεῖον κελλίον αὐτοῦ, καὶ ὅρισε, καὶ ἄνοιξαν τὴν ἐκκλησίαν. καὶ ἔμπροσθεν τῆς εἰκόνος τῆς παμμακαρίστου ἐστάθη, καὶ παράκλησιν ἐκ ψυχῆς μετὰ δακρύων ἔψαλλε, καὶ τὴν παμμακάριστον ἠσπάσθη. καὶ οὕτως ἐξέβη ἐκ τοῦ ναοῦ, καὶ τὸ μολάριον ἐκαβαλίκευσε, καὶ μετ' αὐτοῦ τοῦ ἄρχοντος τοῦ Ξενάκη

cut hoc in more sibi posuerat, ut citra praetermissionem quotidie hic, summa cum subiectione et studio, faceret. ad quem cum venisset, infit ei Turca, "scin' quid futurum sit? die post hodiernum quinto omnia vestra templa atque ipsum adeo patriarcheum a fundamentis destruentur. lex enim exiit, quaecunque civitas oppugnata ferro capta sit, in ea Graecam ecclesiam omnino nullam relinqui nec extare debere." hoc audito immutatus est color faciei optimo viro: exalbuit ad instar mortui, tremuit totus. valere dein iusso quaesitore discessit, venitque in magnam ecclesiam ad patriarcham, multis obortis lacrimis. ascendit, nec verbum prae maerore proloqui potuit. patriarcha eum interrogare quid aegritudinis esset, quid sibi lacrimae vellent. tum hic post moram "edictum" inquit "a rege profectum est, quoniam haec urbs vi et malo expugnata sit, omnes quae in ipsa reperiantur ecclesias Christianas deiiciendas et delendas esse." patriarcha ubi hoc audivit, ingens ipsum metus et tremor incessit: sudor de facie eius admodum cadentis ex aëre in terram imbris defluxit. extemplo igitur e sancta cella sua descendit templumque aperiri iussit. tum ante pammacaristae beatissimae virginis imaginem stetit; precationem ex intimo animae cum lacrimis fecit; sacratissimam illam complexus salutavit. inde templo egressus, mula sua con-

ὑπῆγεν εἰς τὸν πασιᾶν, ὅτι εἶχε παρρησίαν ὁ πατριάρχης εἰς αὐτὸν καὶ ἀγαπᾶτον πολλὰ παρ' αὐτοῦ τοῦ πασιᾶ. ἦτον δὲ ὁ Τουλφιπασιᾶς, ὁ πρῶτος βεζίρης. καὶ ὡς ἐνώθη μετ' αὐτοῦ τοῦ πασιᾶ, ἠρμήνευσεν αὐτοῦ ὅτι νὰ ἔλθῃ εἰς τὸ διβάνη, καὶ νὰ εἰπεῖ ὅτι, ὅταν ἦλθεν ὁ σουλτᾶν Μεχεμέτης νὰ ἐπάρῃ τὴν πόλιν, εἰς τὴν ἀρχὴν ἔδωκαν πόλεμον, καὶ ἐχάλασε μερικὰ ἀπὸ τὰ τειχία αὐτῆς. τότε εὐγῆκεν ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος βαστόντα τὰ κλειδία τοῦ κάστρου, καὶ ἐπροσκύνησεν αὐτὸν τὸν σουλτάνον καὶ τοῦ τὰ ἐπαρέδωκε, καὶ ἐδέχθη αὐτὸν ὁ σουλτάνος ἀσπασίως καὶ τοὺς ἄρχοντας αὐτοῦ καὶ
158 τὸν λαόν. καὶ ὡς ἄκουσεν ὁ πατριάρχης τοὺς λόγους τοῦ πασιᾶ, ἔλαβε παράμικραν παρηγορία· καὶ ἔδραμε τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ εἰς ὅλους τσὺς μεγάλους, τοὺς πρώτους τῆς πόρτας, καὶ εἰς τοὺς ἐπιλοίπους, καὶ φιλότιμα ἔδωκεν ἑνὸς ἑκάστου κατὰ τὸ ἀξίωμα.

Καὶ ἐπὶ τὴν αὔριον ἐγένετο διβάνη φοβερόν, ὅτι ἠκούσθη τοῦτο εἰς ὅλην τὴν πόλιν· καὶ ἐσυνάχθησαν Τοῦρκοι Ῥωμαῖοι Ἀρμένιοι Ἑβραῖοι καὶ πᾶσα ἄλλο γένος. καὶ τόσον πλῆθος ἦτον ὅτι ἕως ἔξω εἰς τὴν ἁγίαν Σοφίαν ἐστέκετον ὁ λαός, νὰ ἀκούσουν τὴν ἀπόφασιν τοῦ βασιλέως. ὅ δὲ πατριάρχης ὑπῆγεν εἰς τὸ διβάνη, καὶ προσκυνήσας ἐστάθη ἔμπροσθεν τῶν πασιάδων, καὶ ἔβλεπεν αὐτούς, καὶ ἐθαύμαζε τὴν δόξαν καὶ παρρησίαν αὐτῶν. καὶ ὁ ἵδρος τοῦ προσώπου

scensa, cum ipso principe Xenace ad bassam equitavit: accessus enim ei liber ad hunc patebat, et per ab eo carus habebatur. erat is Tulphi bassa, primus vesires. ad hunc bassam cum venisset, consuluit is patriarchae, accederet in senatum et diceret "verum est: quando rex Mechemeta captum venit hanc urbem, initio oppugnatio facta est, parte moenium eius deiecta. sed postea Constantinus imperator egressus cum clavibus urbis in manu sese subiecit sultano, easque ei tradidit. tunc sultanus clementer et ipsum et proceres eius et totum populum accepit." audito sermone bassae patriarcha modicum quid consolationis accepit, eoque die cucurrit ad omnes proceres et primores aulae et ceteros auctoritate praeditos. hos prehensavit; horum singulis pro dignitate munera dedit.

Postero die concilium horrendum habebatur, quod fama totam urbem discurrerat; congregatique eo sunt Turcae Graeci Armenii Hebraei, omnium denique nationum homines, tanta multitudine concurrente ut totum exterius quod inter palatium et S. Sophiam spatium est, completum esset, ut audirent quamnam rex sententiam ferret. tunc patriarcha ad senatum purpuratorum accessit, reverentiaque in-

αὐτοῦ μεγάλως ἐχύνετον καὶ ἐκατέβρεχε τὸ μανδίον αὐτοῦ καὶ ὅλα του τὰ φορέματα, καθὼς τοῦ Χριστοῦ εἰς τὰ πάθη αὐτοῦ. ἦτον δὲ μετ' αὐτοῦ τοῦ πατριάρχου ὁ ἐνδοξότατος ἄρχων, κύρις Δημήτριος ὁ Καντακουζηνός, καὶ ὁ αὐτὸς ἄρχων ὁ Ξενάκης. τότε λέγει αὐτοῦ ὁ πασιᾶς "πατριάρχη, φεϊτιφᾶς εὐγῆκε καὶ ὁρισμὸς τοῦ βασιλέως· ὅτι ἐσὺς οἱ Ῥωμαῖοι ἐδῶ εἰς τὴν πόλιν, οὐδὲ εἰς τὰ ἄλλα κάστρη τοῦ βασιλέως, ὁποῦ τὰ ἐπῆραν οἱ ἄλλοι βασιλεῖς, οἱ πρωτογεννήτορες αὐτοῦ, μὲ τὸ σπαθῆ τους, ἐκκλησία Ῥωμαϊκη νὰ μὴ δὲν ἔναι. καὶ εἰπὲ τῶν παπάδων σου· ἂν ἔχουν ῥοῦχα εἰς τὰς ἐκκλησίας τὰς ἐδικές σας, ὁποῦ εἶναι τῆς τάξις σας καὶ τὰ φορεῖτε, καὶ χαρτία, καὶ εἴ τι ἄλλο ἔχετε, ἐπάρετέ τα καὶ τὰς ἐκκλησίας σφαλίσετε, ὅτι θέλωμε νὰ ταῖς κάμωμε, καθὼς ὁρίζει ὁ φεϊτιφᾶς καὶ ὁ ὁρισμὸς τοῦ βασιλέως." ὁ δὲ πατριάρχης ἀπεκρίθη μεγάλῃ τῇ φωνῇ, καὶ λέγει τοῦ πασιᾶ "σουλτάνε μου, ἔξω ἀπὸ τὴν πόλιν, διὰ ἄλλα κάστρη δὲν ἀποκρίνομαι. περὶ δὲ τῆς πόλις λέγω ὅτι τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ὁποῦ ἦλθε νὰ πολεμήσῃ τὴν αὐτὴν πόλιν ὁ σουλτᾶν Μεχεμέτης, τὸν ἐπροσκύνησαν καὶ τοῦ ἔδωκαν θεληματικῶς τὸ κάστρον ὅ τε βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ὁ Παλαιολόγος καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτοῦ καὶ ὁ λαός." ὡς εἶπε δὲ τοὺς λόγους τούτους ὁ πατριάρχης τοῦ πασιᾶ, ἀπεκρίθη καὶ τοῦ εἶπε "ταῦτα τὰ λόγια ὁποῦ εἶπες, ἔχεις μάρτυρες Μουσουλμάνους, ὁποῦ

clinatione pectoris facta stetit coram bassis, aspiciens eos et maiestatem eorum admirans. ei sudor undique e facie manabat et pallium eius reliquamque vestem rigabat, sicut Christo in supplicio suo accidit. aderant in tanto periculo patriarchae nobilissimus princeps Demetrius Cantacuzenus et ipse de quo dictum, dominus Xenaces. tunc bassa incipiens "patriarcha" inquit, "audi. edictum exiit regium, ne vobis Graecis, nec in hac urbe nec in aliis oppidis regis, quae ceteri reges, maiores eius, armata manu sui iuris fecerunt, ulla Graeca maneat ecclesia. dic ergo sacerdotibus tuis: si habeant vestimenta in ecclesiis vestris, quae vestro ordini propria sunt et quae gestatis, eodemque modo libros aut aliquid aliud, ea inde tollantur templaque vestra claudantur, quia de his faciemus quod in mandato regii edicti habemus." ibi tum patriarcha, clara voce respondens, ad bassam dicit "sultane mi, de aliis, quae extra sunt, civitatibus nihil respondeo. quod vero ad hanc urbem attinet', aio illo tempore, quo rex Mechemeta oppugnatum eam venerit, deditionem esse factam urbis et voluntariam traditionem, tum ab imperatore Constantino Palaeologo, tum a principibus viris, tum a populo." cum haec patriarcha dixisset bassae, hic respondens, inquit "habesne istius quod dixisti

νὰ ἦσαν εἰς τὸ φουσάτον τοῦ σουλτᾶν Μεχεμέτη, ὅταν ἦλθε
159 καὶ ἐπῆρε τὴν πόλιν, νὰ μάθωμε πῶς τὴν ἐπῆρε, ἢ με πό-
λεμον, ἢ ἐπροσκύνησε;" ὁ δὲ πατριάρχης ἀπεκρίθη "ἔχω,
σουλτάνε μου." ὁ δὲ πασιᾶς εἶπε τοῦ πατριάρχου "ἐλθὲ αὔ-
ριον εἰς τὸ διβάνη, καὶ θέλομεν τὸ κάμα ἄρτζη τοῦ βασι-
λέως, καὶ καθὼς ὁρίσῃ."

Ἐξέβη δὲ ὁ πατριάρχης μετὰ τῆς συνοδίας αὐτοῦ ἀπὸ τὸν πασιᾶ, καὶ ἠκολούθησαν αὐτοῦ ὅλον τὸ πλῆθος τῶν Χριστιανῶν, καὶ ἦλθαν μετ' αὐτοῦ εἰς τὸ πατριαρχεῖον, καὶ εἶπαν αὐτοῦ ὅλοι μιᾷ φωνῇ "ουχὶ μόνον φλωρία νὰ δώσομεν διὰ τὰς ἐκκλησίας μας, νὰ τὰς ἐλευθερώσομεν· ἀμὴ καὶ νὰ ἀπεθάνομεν, καὶ ἡμεῖς καὶ τὰ παιδία μας." ἀκούσας δὲ τοὺς λόγους τούτους ὁ πατριάρχης ὑπὸ τοῦ λαοῦ ηὐχαρίστησε πολλά, καὶ εὐλόγησεν αὐτούς, καὶ οὕτως ἀνέβη εἰς τὸ θεῖον κελλίον αὐτοῦ.

Καὶ ἐπὶ τὴν αὔριον ἦλθαν οἱ κληρικοὶ καὶ οἱ ἄρχοντες, καὶ ἐπῆραν τὸν πατριάρχην καὶ εἰς τὸ διβάνη ὑπῆγαν, ἀκολουθοῦντες καὶ ὅλου τοῦ λαοῦ τῶν Χριστιανῶν, τῆς πόλις καὶ τοῦ Γαλατᾶ, ἱερωμένων καὶ κοσμικῶν. καὶ ὡς ὑπῆγαν εἰς τὸ διβάνη, ἐστάθη πάλιν ὁ πατριάρχης μετὰ τῶν κληρικῶν καὶ ἀρχόντων ἔμπροσθεν τῶν πασιάδων. τότε ὁ Τουλφιπασιᾶς, ὡς πρῶτος βεζίρης, εἶπε "πατριάρχη, ἐγώ, καθὼς

testes aliquot Musulmanos, hoc est circumcisos Turcici generis, qui tunc meruerunt in exercitu sultani Mechemetae, cum hanc urbem invasit et cepit? ex quibus certiores fiamus quo eam modo ceperit, vine an deditione?" ibi patriarcha "habeo" inquit, "domine mi "redito igitur" refert bassa "cras ad concilium. referemus nos rem ad regem; et quod ipse imperaverit, fiet."

Tum patriarcha et sui a bassa exiverunt; quem secuta est omnis Christianorum multitudo. et cum eo patriarcheum ingressi una voce omnes ad ipsum dixerunt "non tantummodo aurum dabimus, ut ecclesias nostras imminente discrimine liberemus, sed etiam morti nos iuxta ac liberos nostros offerimus." hanc praeclaram populi voluntatem ut percepit patriarcha, magnas eis gratias egit et benedictione sua prosecutus est. inde in sanctam suam habitationem ascendit.

Postridie convenerunt clerici et primores, adiunctoque patriarcha ad tribunal ire perrexerunt, comitante ipsos cuncto Christiano populo, non modo urbis sed etiam Galatae, nec sacri modo ordinis sed etiam secularis. cumque eo pervenissent, rursus stetit patriarcha cum clericis et principibus coram bassis. ibi Tulphi bassa, ut primus vesires, infit "heus patriarcha, ego sicut huc in regium senatum ad-

ἦλθα ἐδῶ εἰς τὸ διβάνη τὸ βασιλικόν, ὑπῆγα καὶ ἐπροσκύνησα τὸν βασιλέαν, καὶ ἄρτζη τοῦ τὸ ἔκαμα. καὶ ὅρισε ὅτι νὰ φέρῃς τοῦ Μουσουλμάνους ἐκείνους ὁποῦ εἶπες ὅτι ἔχεις μάρτυρες, νὰ τοὺς ἐρωτήσομεν τί ἠξεύρουν εἰς τοῦτο. καὶ ὡς ἂν τοὺς ἀκούσωμε, θέλει γένει πάλιν ἄρτζη εἰς τὸν βασιλέαν, καὶ καθὼς ὁρίσῃ· λοιπὸν φέρε τοὺς μαρτυρές σου." τότε ἀπεκρίθη ὁ πατριάρχης, καὶ εἶπε πρὸς τὸν βεζίρη "σουλτάνε μου, οἱ μάρτυρές μου ἐδῶ δὲν εἶναι, μόνον εἰς τὴν Ἀδριανούπολιν· καὶ ζητῶ * βαντᾶ ἡμέρας εἴκοσι, νὰ στείλω, νὰ τοὺς ἐφέρω." ἀκούσας δὲ ὁ πασιᾶς τοῦτο ἔδωκέ του τὸν βαντᾶ. καὶ οὕτως ἐπροσκύνησεν ὁ πατριάρχης, καὶ ἐξέβη ἔξω ἀπὸ τὸ διβάνη μετὰ τῆς συνοδίας αὐτοῦ καὶ ἦλθεν εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν. καὶ παρευθὺς ἀπέστειλεν ἀνθρώπους πρακτικωτάτους· καὶ ὑπῆγαν εἰς τὴν Ἀδριανούπολιν μετὰ μεγάλων χαρισμάτων καὶ δώρων, καὶ ηὗραν τοὺς Μουσουλμάνους ἐκείνους ὁποῦ ὑπῆγαν δι' αὐτούς, νὰ τοὺς ἐφέρουν. καὶ ὁμίλησαν μετ' αὐτούς· καὶ τὰ δῶρα ἐπὶ χεῖρας 160
ἔλαβαν, καθὼς ἐκεῖνοι ἤθελαν. τότε ἐκαβαλίκευσαν, καὶ ἦλθαν ὁμοῦ μετὰ τῶν ἀπεσταλμένων παρὰ τοῦ πατριάρχου εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν. καὶ ἐκατέβη ὁ πατριάρχης εἰς τὴν αὐλήν, καὶ ἠγκαλίσθη αὐτούς, καὶ τοὺς ἐδέχθη μετὰ πολλῆς ἀγάπης· καὶ τῆς ὥρας τόπον, καὶ ἐκάθισαν, καὶ φαγητὰ διάφορα τοὺς ἔφερε καὶ ῥοῦχα· καὶ ἀνεπαύθησαν. τότε

22. τόπον] ἔδωκε addit Crusius

veneram, abii postea ad regem et adoravi negotiumque ei exposui. mandat is ergo ut adducas Musulmanos istos de quibus dixisti, te eorum testimonio usurum, ut ex iis quaeramus quid illa de re cognitum habeant. quando eos audiverimus, res iterum ad regem referetur, fietque quod ipse imperaverit. proinde testes tuos producito." tunc patriarcha ad vesirem "testes mei" inquit, "mi domine, hic non sunt, sed Adrianopoli. ideo dilationem peto viginti dierum, ut mittam qui eos adducant." bassa hoc audito petitioni eius annuit. tum reverenter se inclinans patriarcha e concilio exivit cum comitatu suo, et in magnam ecclesiam seu patriarcheum rediit. at confestim homines usu rerum exercitatissimos expedivit, qui Adriani urbem multis magnisque cum muneribus petiverunt; ubi Musulmanos illos, quorum causa accersendorum iter susceperant, invenerunt. cum his collocuti sunt; eis dona illa in manus dedere; quibus acceptis animo eorum satisfactum est. tunc equitarunt cum legatis patriarchae et in magnam ecclesiam pervenerunt. descendit patriarcha in aream, complexusque hospites comiter et benigne excepit, ac statim in locum duxit ubi assederunt, et varia cibaria apposuit vestesque dedit. ita

γὰρ τὴν δευτέραν ἡμέραν τοὺς ἐπῆρε, καὶ ὑπῆγαν εἰς τὸν πασιᾶν. καὶ ὁ πασιᾶς διὰ ὄνομα τοῦ πατριάρχου, εἰς τὴν ἀγάπην ὁποῦ εἶχεν εἰς αὐτόν, ὁμίλησε μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐστερέωσεν αὐτούς, ἵνα μαρτυρήσουν καθὼς τοὺς εἶπεν ὁ πατριάρχης· καὶ τοὺς ἐπαρήγγειλεν ὅτι κανένα φόβον νὰ μὴ δὲν ἔχουν. καὶ οὕτως εὐγῆκεν ὁ πατριάρχης μετ' αὐτῶν ἀπὸ τὸν πασιᾶν, καὶ ἦλθαν εἰς τὸ πατριαρχεῖον.

Καὶ ἐπὶ τὴν αὔριον ἐπῆρεν αὐτοὺς ὁ πατριάρχης, καὶ ὑπῆγαν εἰς τὸ βασιλικὸν διβάνη, καὶ ἔμπροσθεν τῶν πασιάδων ἐφάνη, καὶ ἐπροσκύνησεν αὐτούς. καὶ τοὺς μάρτυρας ἀφῆκεν ἔξω ἀπὸ τὸ διβάνη οἰκονομικῶς. καὶ ὡς τὸν ἴδεν ὁ πασιᾶς, τοῦ εἶπε "πατριάρχη, ὁ βαντᾶς, ὁποῦ ἐπῆρες εἴκοσι ἡμέραις διὰ νὰ φέρῃς μάρτυρες, ἔφθασε καὶ ἐπέρασε. τόρα τί λέγεις; πρόσεχε νὰ μηδὲν ψευσθῇς εἰς τὸν βασιλέαν· καὶ θέλεις πέση εἰς μεγάλην ὀργὴν καὶ παίδευσιν καὶ καταδίκην." τότε ὁ πατριάρχης ἀπεκρίθη πρὸς τὸν πασιᾶ, καὶ εἶπε "σουλτάνε μου, ἐγὼ κατὸν βαντᾶν ὁποῦ ἐπῆρα, ἤφερα τοὺς μάρτυρές μου· καὶ εἰς τὴν βασιλείαν δὲν ψεύδομαι, οὐδὲ εἰς τὴν αὐθεντιά σου." ὁ δὲ πασιᾶς του λέγει "καὶ ποῦ εἶναι;" καὶ ὁ πατριάρχης τοῦ λέγει "ἔξωθεν τοῦ διβανίου στέκονται μετὰ ἐδικῶν μου καλογήρων." τότε ὁ πασιᾶς, ὡς ἄκουσεν τοῦτο, παρευθὺς ἔστειλεν ἕναν τζαούσῃ· καὶ ἔδραμε καὶ

23. μετ' αὐτῶν idem

requieverunt. altero die post secum duxit eos ad bassam. hic patriarchae causa, pro benevolentia et caritate erga hunc, colloquitur cum ipsis, confirmans eos ut dicant ea pro testimonio quae ipsis patriarcha iniunxerit, et praecipiens eis ne ullum metum prorsus habeant. collocutione finita patriarcha cum ipsis a bassa digressus in patriarcheum rediit.

Postridie adiunctis sibi eis procedit ad regium senatum; in conspectum bassarum venit; eis debitam reverentiam exhibet, testes vero extra senatum dedita opera reliquit. eum ut bassa vidit, inquit "patriarcha, spatium viginti dierum, quod ob testes adducendos sumpseras, iam abiit. nunc ergo quid dicis? cave, quicquam regi mentiaris, ne in gravem incidas iram, condemnationem et poenam." tunc patriarcha bassae "ego" inquit, "mi sultane, ex praescripto concessae mihi comperendinationis testes meos adduxi; nec adversus regiam maiestatem neque contra tuam dignitatem mendacium dicam." "ubi ergo sunt" quaerit bassa "isti testes?" respondit patriarcha "foris extra senaculum stant cum monachis meis." confestim bassa uno zauschorum misso illos in conspectum bassarum adduci imperat. quos

ἤφερεν αὐτοὺς ἔμπροσθε τῶν πασιάδων. καὶ ὡς τοὺς ἴδαν, ἐθαύμασαν εἰς τὸ γῆρας αὐτῶν. ἦσαν γὰρ τὰ γένεια αὐτῶν ἄσπρα ὥσπερ τὸ χιόνη τὸ καθαρόν· καὶ ἀπὸ τὰ ὀμμάτιά τους ἔτρεχαν δάκρυα, καὶ γύρωθεν ἦσαν κόκκινα ὡσὰν κρέα· καὶ ἔτρεμαν τὰ χέρια αὐτῶν καὶ τὰ ποδάρια ἀπὸ τὸ πολὺ γῆρας. εἶπε δὲ ὁ πασιᾶς τοῦ ἕνος ἀπ' αὐτοὺς "πῶς λέγουν τὸ ὄνομά σου;" καὶ ἀπεκρίθη "Μουσταφᾶ." "καὶ τὸν πατέρα σου πῶς τὸν ἔλεγαν;" καὶ εἶπε "Γενούζη." λέγει δὲ 161
καὶ τοῦ ἄλλου, τοῦ δευτέρου, "τί ὄνομα ἔχεις;" καὶ ἀπεκρίθη "Πιρῆς." "καὶ τὸν πατέρα σου, πῶς ἦτον τὸ ὄνομα του;" καὶ εἶπε "Ρουστάμης." τότε τοὺς λέγει "πόσοι χρόνοι νὰ εἶναι ἀπὸ τῆς ἐπῆρεν ὁ σουλτᾶν Μεχεμέτης τούτην τὴν Κωνσταντινούπολιν;" καὶ ἀπεκρίθησαν ὅτι ὀγδοηντατέσσαροι εἶναι ἕως τῆς σήμερον. λέγει τοὺς πάλιν "καὶ ἐσὺς τότε πόσων χρονῶν νὰ ἦσθαι;" εἶπαν δὲ "ἕως δεκοκτὼ κάθα ἕνα." πάλιν γὰρ τοὺς λέγει "πόσων χρονῶν νὰ ἦσθαι τὴν σήμερον;" ἀπεκρίθησαν ὅτι ἑκατὸν δύο. καὶ ἀκούσας ὁ πρῶτος πασιᾶς μετὰ τῶν ἄλλων πασιάδων ὑπερεθαύμασαν καὶ ἔφριξαν. εἶπε δὲ πάλιν πρὸς αὐτοὺς "εἰς τί ὑπηρεσίαν εὑρίσκεσθέ τῷ καιρῷ ἐκείνῳ εἰς τοῦ σουλτάνου τὸ φουσάτον;" καὶ αὐτοὶ ἀπεκρίθησαν "νοπετζίδες," τουτέστι γενίτζαροι· φράγγικα λέγονται σουλδάδοι. πάλιν τοὺς λέγει "ὁ σουλτάνος τὴν πόλιν τούτην πῶς τὴν ἐπῆρε; μὲ πόλεμον, ἢ ἐπροσκύνησε;" καὶ τοῦτοι πρὸς τὸν πασιᾶν εἶπαν ὅτι ἐπροσκύνησε.

ut viderunt hi, admirati eorum senectutem sunt. albedine namque barbae ipsorum cum pura nive aequatae conspiciebantur; oculi fluebant lacrimis, circum rubentes ceu caro; tremulae manus erant et pedes prae longa senectute. tunc bassa uni horum "quod est tibi nomen?" "Mustapha" inquit. "et patri tuo quod erat?" "Genutza." dein alterum interrogat "quo tu nomine vocaris?" respondit "Pirae." "quo vero pater tuus?" "Rustamae" ait. tunc interrogat "quantum est annorum ex quo cepit sultanus Mechemeta hanc Constantini?" responderunt "abhinc octoginta quattuor anni." rursus "et vos quot annorum eo tempore eratis?" dicunt "denorum octonorum." rursus quaerit "quot annorum nunc estis?" "centenorum binorum" inquiunt. audito hoc supra modum admiratus est et obstupuit primus bassa, nec non et reliqui bassae. rursus eis dicit "quod erat genus vitae vestrae, quod munus illa tempestate, in sultani exercitu?" "Nopetzides eramus," id est Ianizarii, Latini, milites vocant. rursus bassa quaerit "quonam modo sultanus hanc urbem in suam potestatem redegit? violentane expugnatione an humili deditione?" respondent hi

καὶ ἀκούσον, σουλτάνε μου, πῶς ἔγινε, νὰ μάθῃς τὴν ὑπόθεσιν καταλεπτῶς.

Ὡτὰν ἤλθαμε μετὰ φουσάτα ἐδῶ μὲ τὸν σουλτάνον, ἐτεντόσαμεν ἔξω καὶ ἐκαθίσαμε· καὶ πόλεμον δὲν ἐδώκαμε, ἕως οὗ καὶ ἤλθεν ἡ ἁρμάδα, τὰ κάτεργα, ἀπάνω ἀπὸ τὴν μαύρη θάλασσαν. καὶ ὡσὰν ἤλθεν, ἐμήνυσεν ὁ σουλτάνος τοῦ βασιλέως τῶν Ῥωμαίων νὰ τοῦ δώσῃ τὸ κάστρον θελη-ματικῶς, νὰ τὸν ἐκάμῃ ἀδελφόν, νὰ εἶναι οἱ δύο αὐθέντται καὶ βασιλεῖς, καὶ νὰ τοῦ δώσῃ, ἤτοι ἀνάπαυσιν θέλει ἢ κάστρη ἢ ἄλλα εἰσοδήματα, νὰ ἔχει εὐημερίαν μετὰ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ. καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς δὲν ἐδέχθη τὸν λόγον αὐτοῦ τοῦ σουλτάνου, οὐδὲ οἱ ἄρχοντες. καὶ γεμίσας ὅλος θυμὸν ὅρισε τῆς ὥρας, καὶ ἐδώκαμε πόλεμον, τὰ κάτεργα ἀπὸ τὴν θάλασσαν καὶ ἡμεῖς ἀπὸ τὴν στερεάν. καὶ ἀπὸ ταῖς λουμπάρδαις καὶ ἀπὸ τὰ τουφέκια καὶ ἀπὸ τοῦ πλῆθος τοῦ λαοῦ ἐσκοτινίασεν ὁ κόσμος, καὶ ἐφαίνετον ἡ ἡμέρα ὡσὰν νύκτα. καὶ εἰς ἐκεῖνον τὸν πόλεμιον ἐσκοτώθησαν πολλοὶ καὶ μεγάλοι ἀπὸ τὸ φουσάτον τοῦ σουλτάνου, ὁ πελερπεῖς τῆς Ῥουμέλης, τουτέστι τῆς δύσις, ἀγάδες, φλαμπουραρέοι, σπαΐδες καὶ ἄλλοι πολλοί. καὶ ἡμεῖς εἰς τοὺς Ῥωμαίους πολὺν κάματον
162 ἐκάμαμεν εἰς αὐτοὺς μὲ ταῖς λουμπάρδαις καὶ μὲ τὰ τουφέκια καὶ μὲ ταῖς σαγίταις, καὶ ἀπὸ τὰ τειχία τοῦ κάστρου ἐχαλάσαμε καὶ ἀπὸ τὰ ὀσπήτια.

"subiectione et deditione. id autem quomodo factum sit, audi mi domine, ut rem exacte cognoscas totam.

Postquam cum sultano et copiis huc venimus, ante urbem tentoriis positis consedimus, nec oppugnationem intulimus, donec classis et triremes e Ponto Euxino descenderunt. ut autem appulerunt, sultanus legatis missis ab imperatore Romano poposcit, traderet sibi urbem ultro, ut eum fratris loco duceret, ut ambo essent domini et reges, ut ei daret quicquid vellet, sive otium a negotiis publicis sive oppida sive alios proventus et reditus, ut felicitate una cum familia nobilibusque suis frueretur. at imperator et proceres eius nullo pacto postulationem sultani accipere. unde totus ira inflammatus quam mox exercitum in armis esse iubet. tunc oppugnationem ordimur, classis e mari, nos e terra; eamque tanta vi et impetu ut bombardarum et tormentorum manuariorum fumo multitudinisque oppugnantium pulvere caelum undique obtenderetur ac dies in noctem vertisse videretur. eo in praelio desiderati sunt multi praestantissimi a parte sultani viri, beglerbeius Romaniae seu Occidentis, duces Ianizarorum, vexilliferi, Spachi, alii multi. sed et nos vicissim ingentem Romanorum stragem bombardis tormentis et sagittarum nimbo edidimus; nec non etiam murorum urbis partem et complures domos prostravimus.

Τότε ὡς ἴδεν ὁ βασιλεὺς τῶν Ῥωμαίων τὸ πλῆθος ὁποῦ ἐσκοτώθη ἀπὸ τοὺς ἀνθρώπους του, ἐφοβήθη μήπως καὶ ἐπάρουν τὸ κάστρον καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀπεκεφαλίσουν· καὶ ἔστειλεν ἀπὸ τοὺς ἄρχοντας τοῦ παλατίου αὐτοῦ ἀποκρισιαρίους εἰς τὸν σουλτάνον μας· καὶ τὸν ἐπροσκύνησαν ὡς ἐκ προσώπου τοῦ βασιλέως αὐτῶν, διὰ νὰ κάμουν ἀγάπην, νὰ τοῦ δώσῃ τὸ κάστρον, καὶ αὐτοῦ νὰ τοῦ δώσῃ ἀναπαύσεις μετὰ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ, καὶ τὸν λαὸν νὰ μηδὲν προσεγγίσουν ἢ νὰ κουρσεύσουν ἢ νὰ εἰχμαλωτίσουν· ἀμὴ νὰ τοὺς ἀφίσῃ εἰς τὰ ὀσπήτια αὐτῶν, νὰ καθέξονται εἰρηνικοί, χωρὶς καμίαν ἐγγαρείαν ἢ ἄλλου βάρου τινός. καὶ ὁ σουλτάνος ὡς ἤκουσε τοὺς λόγους τούτους ἀπὸ τῶν ἀποκρισιαρίων ὡς ἐκ προσώπου τοῦ βασιλέως, ἐδέχθη αὐτοὺς πολλὰ καλῶς μετὰ μεγάλης χαρᾶς, καὶ ὁρισμὸν ἐγγράφως τοὺς ἔδωκε, καὶ ἔλεγεν οὕτως. ἐγὼ βασιλεὺς σουλτᾶν Μεχεμέτης διὰ τοῦ παρόντος μου ἐγγράφου ὁρισμοῦ κάμνω ψυχικὸν εἰς τὸν βασιλέαν τῆς πόλις Κωνσταντῖνον τὸν Παλαιολόγον καὶ εἰς τοὺς ἄρχοντας αὐτοῦ, νὰ τοὺς δώσω, ἤτοι ζητήσουν κατὰ δίκαιον τρόπον, νὰ ἔχουν διὰ νὰ ζοῦν εὐημερημένα ὡς ἄρχοντες, νὰ ἔχουν ἀναπαύσεις καὶ δούλους καὶ δούλας· τὸν δὲ ἐπίλοιπον λαὸν θέλω ὅτι νὰ εἶναι ἐλεύθεροι ἀπὸ πᾶσαν ἐγγαρίαν καὶ βάρος τινός· καὶ ποτὲ παιδιὰ διὰ Γενιτζάρους νὰ μὴ δὲν τοὺς ἐπάρω, οὔτε ἐγὼ οὔτε οἱ διάδοχοι τῆς βασιλείας μου ποτὲ τῷ καιρῷ· ἀμὴ ὁ πα-

Tunc Romanus imperator, visa tanta suorum clade, timuit ne urbs quoque caperetur et ad occidionem cives perducerentur. itaque legatos e primoribus palatii sui ad regem nostrum misit, qui nomine imperatoris sui suppliciter cum eo de pace egerunt. imperatorem urbem dediturum: daret invicem rex ei et aulicis eius tutum receptum et vitam tranquillam; nec permitteret militi saevire in cives, nec bona eorum diripere, nec captivos abducere: sed singulos in domibus suis manere sineret, bona pace fruentes, omnis coactionis et aliorum onerum immunes. ibi sultanus, audita legatorum nomine imperatoris oratione, condicionem clementissime, magno cum gaudio, accepit, et decretum eis his verbis conceptum dedit. ego rex Mechemeta hoc meo scripto clementiam et gratiam declaro regi urbis Constantino Palaeologo et principibus eius, me ipsorum rationibus ita provisurum ut eis praebeam, ipsique iure a me petant, omnia commoda quae ad vitam feliciter degendam sibi, ut principibus viris dignum est, conducant, ut habeant domicilia, vitam quietam, servos et servas. quod ad reliquum populum spectat; volo ut omni exactione et onere soluti liberique sint; neque ab eis filios in Ianizarorum ordinem ab-

ρὼν ὁρισμός μου νὰ ἔναι καὶ διαμένει βέβαιος καὶ ἀσάλευτος. ἔδωκε δὲ τοῦτον τὸν ὁρισμὸν ὁ σουλτάνος μὲ τὸ χέρη του τῶν ἀποκρισιαρίων, νὰ τὸν ἐδώσουν τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου. καὶ οὕτως ἐπροσκύνησαν, καὶ ἦλθαν εἰς τὸν βασιλέαν, καὶ τὸν ὁρισμὸν τοῦ ἔδωκαν. ὡς δὲ ἴδεν ὁ βασιλεὺς τὸν ὁρισμὸν τοῦ σουλτάνου, ἐχάρη πολλά, καὶ τῆς ὥρας ἐπῆρε τὰ κλειδία τοῦ κάστρου καὶ τοὺς ἄρχοντας αὐτοῦ καὶ ἀπὸ τὸν λαόν, καὶ εὐγῆκε, καὶ ὑπῆγεν εἰς τὴν τέντα τοῦ σουλτάνου, καὶ τοῦ ἐπαρέδωκε τὰ κλειδία εἰς τὰ χερία του. ὁ δὲ σουλτάνος ἠγκαλίσθη τὸν βασιλέαν καὶ τὸν ἐφίλησε καὶ τὸν
163 ἐκάθισεν εἰς τὸ δεξιόν του μέρος· καὶ ὥρισε, καὶ ἔκαμαν χαραῖς μεγάλαις τρεῖς ἡμέραις καὶ τρεῖς νύκταις. καὶ ἔτζη ἐπῆρεν ὁ βασιλεὺς τὸν σουλτάνον, καὶ ἐμπῆκαν εἰς τὴν πόλιν, καὶ τοῦ τὴν ἐπαρέδωκε."

Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ πασιᾶς ὑπὸ τῶν μαρτύρων, ὑπῆγεν εἰς τὸν σουλτάνον καὶ ἄρτζη ταῦτα ὅλα τοῦ ἔκαμε, καὶ τὸ γῆρας καὶ τὴν πολυχρόνιον τῶν μαρτύρων εἶπε. καὶ ἀκούσας ταῦτα ὁ σουλτάνος μεγάλως ἐθαύμασε, καὶ παρευθὺς ὥρισε, καὶ ἔδωκαν ὁρισμὸν τοῦ πατριάρχου νὰ μὴ δὲν ἔχει πλέον κανέναν πειρασμὸν οὐδὲ ἐνόχλησιν περὶ τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως τῶν ἐκκλησιῶν, ἕως οὗ στέκεται ὁ κόσμος.

Ὡς δὲ ἔλαβεν ὁ πατριάρχης τὸν ὁρισμόν, ἦλθεν εἰς τὸ

ducam, nec ego nec successores regni mei ullo unquam tempore: sed hoc meum consultum et sententia maneat firmiter, nec ullo modo labefactetur. tradidit hoc decretum sultanus manu sua legatis, ut id regi Constantino afferrent. ita hi humiliter reverentia sultano exhibita ad imperatorem suum redierunt, eique scriptum hoc reddiderunt. hic igitur ut legit rescriptum sultani, sane quam gavisus est. proinde nulla interposita mora claves urbis accepit; de proceribus et populo quos idoneos existimavit, sibi comites adiunxit; urbe egressus ad tentorium ipsius sultani perrexit, et claves illi in manus tradidit. sultanus autem imperatorem humaniter complexus et osculatus ad latus suum dexterum collocavit. ita triduum et trinoctium iussu eius in magna hilaritate festivitateque consumptum. deinde sultanum imperator in urbem introduxit, eique hanc tradidit."

Haec cum bassa ex ore testium audisset, accessit ad sultanum; omnia ipsi exposuit; annosam testium senectutem indicavit. quibus ille auditis nihil magis admiratus est; et illico patriarchae sufficienter cavit, eumque decreto securum fecit, ne ullum ei periculum amplius creetur nec molestia facessatur de huiusmodi negotio ecclesiarum, quoad hic consistat mundus.

Hoc decreto patriarcha accepto in patriarcheum revertit, comita-

πατριαρχεῖον μετὰ παντὸς τοῦ λαοῦ τῶν Χριστιανῶν, καὶ τὸν ὁρισμὸν εἰς τὸ σκευοφυλακίῳ ἔβαλε. καὶ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ λιτανείας καὶ εὐχαριστείας πρὸς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ πρὸς τὴν παμμακάριστον, τὴν πανένδοξον ἁγίαν θεοτόκον, τὴν ἐλπίδα καὶ ἄγκυρα ἡμῶν τῶν εὐσεβῶν καὶ ὀρθοδόξων Χριστιανῶν, ἔκαμιαν μετὰ πάσης εὐλαβείας. καὶ ηὐφράνθησαν οἱ Χριστιανοὶ καὶ ἠγαλλιάσθησαν ἕνεκεν τοῦ ἀγαθοῦ τούτου ὅποῦ ἐγένετο, καὶ ἐλευθερώθη ἡ καθολικὴ μεγάλη ἐκκλησία καὶ αἱ ἐπίλοιπαι ὅλαι ἐκκλησίαι τῆς πόλις καὶ τοῦ Γαλατᾶ. καὶ ἰδοὺ ἐπληρώθη τὸ ῥητὸν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁποῦ λέγει εἰς τὸ θεῖον καὶ ἱερὸν εὐαγγέλιον πρὸς τὸν Πέτρον "σὺ εἰ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν· καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς."

Τοῦτος δὲ ὁ πατριάρχης, κύρις Ἱερεμίας, ἀνεκαίνισεν ἐκ βάθρων γῆς τὸ μοναστήριον τοῦ σταυρονικῆτα, μέγας Νικόλαος ὀνομαζόμενος, μέσα εἰς τὸ ἅγιον ὄρος, ὁποῦ ἦτον ἔρημον. καὶ τὸν ναὸν μέγιστον καὶ θαυμαστὸν μετὰ ναρθήκων ἔκαμε, καὶ τὸν ἱστόρησεν ὡραιότατα καὶ λαμπρά. καὶ κελλια τῶν καλογήρων ἔκαμε καὶ πύργους καὶ τράπεζα. καὶ τεῖχον μέγαν καὶ δυνατὸν τὸ γῦρον ἔκτισε, καὶ ὥσπερ καστέλλη τὸ ἐκαλλώπισε. καὶ σκεύη πολύτιμα καὶ διάφορα ἐπροσήλωσε,

tus cuncto Christiano populo, et illud in armario ecclesiae deposuit. eo quoque die litaniis et gratiarum actionibus dominum nostrum Iesum Christum et sanctam gloriosissimamque Pammacaristam, dei genitricem, spem et ancoram piorum verorumque Christianorum, perquam reverenter venerati sunt. gaudium eximium tunc ipsis contigit: insperato omnibus laetitiis incesserunt propter hoc tantum tamque commemorandum bonum, quod liberatae essent abolitionis metu tum catholica magna tum reliquae omnes urbis Galataeque ecclesiae. ecce, impletum est illud, quod dominus noster Iesus Christus in S. evangelio ad Petrum dicit: "tu es Petrus; et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam; nec portae inferorum praevalebant ei."

Hic patriarcha Hieremias instauravit a fundamentis monasterium Stauronicetae, quod aliter magni Nicolai nomen habet et in monte S. Atho situm est; quod tunc ab incolis desertum fuerat. templum eius magnitudine et figura admirabile cum porticibus fecit, pictisque imaginibus elegantissime illustravit. cellulas item monachis aedificavit et turres et S. mensam. muro magno et valido cinxit et ad instar castelli exornavit. vasa praeterea pretiosa diversi generis, aurea et

χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, καὶ κτήματα πολλά, ἤγουν μούλκια, διὰ τροφὴν τῶν καλογήρων.

Πατριαρχεύοντος δὲ τούτου ἦλθεν ὁ ἀρχιεπίσκοπος τῆς πρώην Ἰουστινιανῆς, Ἀχρειδών, ὀνόματι Πρόχωρος, ἐδῶ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, καὶ ἐνεφανίσθη εἰς τὸ διβάνη, καὶ ἔδειξε χρυσόβουλλα βασιλικά, τὰ ὁποῖα ἔλεγαν καὶ ἀπέφηναν ὅτι ἡ ἀρχιεπισκοπὴ αὐτοῦ νὰ ἔχει τὰ Βέρροια, τὰ ὁποῖα εἶναι ἐπισκοπὴ τῆς μητροπόλεως Θεσσαλονίκης. καὶ τῆς ὥρας
164 ἔβαλεν ἑκατὸν φλωρία χαράτζη εἰς αὐταῖς. καὶ ὡς ἴδεν ὁ πατριάρχης ὅτι ἔβαλε χαράτζη, ἦλθεν εἰς ἀδδημονίαν, τί νὰ κάμῃ, νὰ μηδὲν τοῦ ἐπάρῃ αὐτοὺς τοὺς τόπους. καὶ ἔτζη τοῦ ἐρμήνευσαν, καὶ ὑπῆγε καὶ εὗγαλε φεϊτιφᾶν. καὶ ἔλεγεν οὕτως ὁ φεϊτιφᾶς, ὅτι, ἀνέναι καὶ ἔχει τινὰς ἕνα πρᾶγμα, καὶ τὸ ὁρίζει ἑκατὸν χρόνους, πλέον δὲν ὑπορεῖ τινὰς νὰ τὸ ἐπάρῃ ἀπὸ τὸ χέρι του. καὶ ἔτζη ἐφανίσθη εἰς τὸ διβάνη, καὶ ἔδειξε τὸν φεϊτιφᾶν, καὶ ἀπέδειξεν ὅτι νὰ ἔχει πλέον περὶ τριακοσίους χρόνους ἡ ἐκκλησία τῆς Κωνσταντινουπόλεως. καὶ ἀκούσαντες τοῦτο οἱ πασιάδες ἐδικαίωσαν αὐτὸν νὰ τὸ ἔχει, μετὰ τοῦτο ὅτι νὰ στέρξει τὰ ἑκατὸν φλωρία, τὴν ἐπανεύασιν τοῦ Προχώρου. μὴ ἔχων δὲ τί νὰ κάμῃ ὁ πατριάρχης ἔστερξεν αὐτά· καὶ ἔτζη ἀπεδίωξαν τὸν αὐτὸν Πρόχωρον ἀπὸ τὸ διβάνη. ἔγινε δὲ ὅλον τὸ χαράτζιον τῆς μεγάλης

argentea, dedicavit. denique multis possessionibus, ex quibus alimonia monachis suppeditetur, locupletavit.

Tempore huius patriarchae venit archiepiscopus Achridarum, olim primae Iustinianae, nomine Prochorus, huc Cpolin; cumque in senatum accessisset, protulit diplomata aurei sigilli imperatoria, quibus affirmabatur et declarabatur ad archiepiscopatum eius pertinere Berrhoeam, qui est episcopatus metropoleos Thessalonicae. ac statim eo nomine centum aureos tributo adiecit. quod cum videret patriarcha, in sollicitudinem incidit, quidnam faceret, ne ille loca illius episcopatus ad se traheret. consilio igitur quorundam usus abiit et legem extulit, cuius sententia erat "si contigerit ut aliquis rem aliquam ad centesimum annum in potestate habeat, nemo poterit eam amplius ei de manibus eripere." ita ad tribunal bassarum accessit; illaque lege prolata, demonstravit episcopatum praedictum amplius trecentos annos penes Constantinopolitanam ecclesiam fuisse. quo audito illum ei bassae adiudicarunt, sub condicione tamen ut additione centum ducatorum, quam Prochorus fecisset, acquiesceret. quod hic, cum retractare non posset, fecit. ita repulsus abiit Prochorus. hoc modo annuum huius magnae ecclesiae tributum, ad quattuor mille et centum ducatos per-

ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως φλωρία χιλιάδες τέσσαρες καὶ ἑκατόν. καὶ δίδονται καθὲν χρόνον τοῦ μεγάλου Γεωργίου εἰς τὴν ὑψηλοτάτην πόρτα τοῦ σουλτάνου.

Ἠβουλήθη οὖν ὁ αὐτὸς πατριάρχης διὰ νὰ ὑπάγῃ εἰς τὴν Βλαχίαν καὶ εἰς τὴν Πουγδανίαν. ὅμως εὐγῆκεν ἀπὸ τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, καὶ ὑπήγενε μετὰ μερικῶν ἀρχιερέων καὶ κληρικῶν. καὶ εἰς τὴν ἐπαρχίαν τῆς ἁγιωτάτης μητροπόλεως Τορνόβου ἀσθένησε καὶ ἀπέθανε. ἔγινε δὲ εἰς τὴν ἀσθένειαν αὐτοῦ μεγαλόσχημος, καὶ ἐμετονομάσθη Ἰωάννης· καὶ ὑπῆγε τὸ πνεῦμα αὐτοῦ εἰς τὰς οὐρανίους μονάς, τὸ δὲ ἅγιον σῶμα αὐτοῦ ἔθαψαν ἐντίμως καὶ εὐλαβῶς. ἔκαμε δὲ εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον χρόνους εἰκοσιτρεῖς καὶ μῆνας. καὶ ὅλους τοὺς μητροπολίτας καὶ ἀρχιεπισκόπους ἐχειροτόνησε, καὶ εἰς πολλοὺς θρόνους καὶ δύο καὶ τρεῖς φοραῖς, πάρεξ μόνον τὸν Νικομηδείας, κύριν Διονύσιον, ὁποῦ δὲν ἐχειροτόνησε. ἦτον δὲ αὐτός, ὁ κύρις Διονύσιος, καὶ ὁ κύρις Ἱερεμίας χειροτονία τοῦ πρώην πατριάρχου κυροῦ Θεολήπτου. καὶ αὐτὸς ὁ Νικομηδείας ἔλαβε τὸν πατριαρχικὸν θρόνον μετὰ τὸν θάνατον τοῦ αὐτοῦ κυροῦ Ἱερεμίου, ὡς φαίνεται κάτωθεν γεγραμμένον.

Ὅμως οἱ κληρικοὶ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ὡς ἔμαθον τὸν θάνατον τοῦ πατριάρχου, ἔγραψαν εἰς τοὺς πλησίον ἀρχιερεῖς. καὶ ἐσυνάχθησαν, καὶ σύνοδος μεγάλη ἐγένετο ἀρχιε-

venit; quae summa quotannis die S. Georgii in imperatoria porta repraesentari solet.

Decrevit item hic patriarcha proficisci in Valachiam et Moldaviam. hoc ergo consilio egressus e magna ecclesia iter iniit, comitatus certis quibusdam pontificibus et clericis. ibi in provincia sacratissimae metropoleos Tornobi aegrotans vitam hanc reliquit. cum autem ita morbo laboraret, perfectorum monachorum habitum sibi induit, mutato priore nomine in Ioannis nomen; spiritus et superas sic eius abivit ad arces, corpore ipsius magno cum honore sepulto. sederat in throno annos viginti tres et aliquot menses. ordinaverat omnes metropolitas et archiepiscopos, idque in multis thronis et bis terve, excepto solo Nicomediensi Dionysio, qui non ab ipso ordinatus erat: sed et hunc Dionysium et ipsum Hieremiam superior patriarcha Theoleptus ordinaverat. et idem hic Nicomediae antistes mortuo Hieremiae successit in patriarchatu, sicut inferius docebitur.

Vulgata morte patriarchae clerici magnae ecclesiae scripserunt ad proximos antistites; quibus congregatis frequens concilium factum est pontificum clericorum principum et multorum aliorum expertae

ρέων κληρικῶν ἀρχόντων καὶ πολλῶν ἄλλων χρησίμων ἀνδρῶν. εὑρέθη δὲ τότε εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν καὶ ὁ πατριάρχης Ἱεροσολύμων, κύριος Γερμανός, καὶ ἐκάθισε καὶ αὐτὸς εἰς τὴν σύνοδον. καὶ ὁμιλήσαντες πολλὰ περὶ τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου ὁμοφώνησαν καὶ ἔστησαν καὶ τόμον ἐγγράφως ἔγραψαν, καὶ κάτωθεν ὁ πατριάρχης αὐτὸς τῶν Ἱεροσολύμων ὑπέγραψε καὶ ὅλοι οἱ ἀρχιερεῖς, ὅσοι εὑρέθησαν, καὶ οἱ κληρικοί. ὁ δὲ τόμος ἔλεγεν ἔτζη, ὅτι, ὅποιος τῶν ἀρχιερέων βουληθῇ μὲ κανένα τρόπον καὶ γένει πατριάρχης χωρὶς νὰ μαζοχθοῦν ὅλοι οἱ ἀρχιερεῖς, μητροπολῖται ἀρχιεπίσκοποι καὶ ἐπίσκοποι, τῆς ἀνατολῆς, τῆς δυσέως καὶ τῆς Πελοποννήσης ἤγουν τοῦ Μορέως, νὰ ἔναι αὐτοκαθαίρετος τῆς ἀρχιερωσύνης καὶ τοῦ θρόνου. καὶ ἀφορισμὸν ὁ Ἡρακλείας ἐξεφώνησε μετὰ ὠμοφορίου καὶ ἐπιτραχηλίου. καὶ ἔτζη ὁμοφώνως ἀπέστειλαν ταχυδρόμους εἰς τοὺς ἀρχιερεῖς μετὰ βασιλικοῦ ὁρισμοῦ, καὶ ἐσύναξαν τοὺς ἀρχιερεῖς αὐτοὺς ὅλους, καὶ συντζελέτη τοὺς ἔκαμναν εἰς τὸν καδδῆ. ὅποιος δὲν ὑπάγῃ εἰς τὸ πατριαρχεῖον καὶ ἡ βουλὴ μερικῶν ἀρχιερέων καὶ κληρικῶν καὶ ἀρχόντων ἦτον, ὡσὰν συναχθοῦν ὅλοι οἱ ἀρχιερεῖς, τότε νὰ γένει σύνοδος, νὰ καθαρισθοῦν καὶ νὰ ἐξωριζωθοῦν πολλὰ ἐναντία ἀπὸ τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, ἀρχὴ τὸ Σιμω-

165 20

virtutis virorum. aderat tunc in magna ecclesia patriarcha quoque Hierosolymitanus, cui nomen Germanus erat; et concilio ipse etiam intererat. longa de patriarchico throno disputatione habita unanimes salutarem constitutionem fecerunt; quam et in scriptum redegerunt; et infra tum Hierosolymorum patriarcha subscripsit, tum quotquot aderant pontifices ac clerici. aiebat illa sanctio sic: "quicunque praesulum vellet ullo modo fieri patriarcha, absque eo ut cuncti essent congregati pontifices, metropolitae archiepiscopi et episcopi, tum Orientis tum Occidentis tum Peloponnesi, hunc talem, iam ipsum per se contemnatum pontificatu et throno deiectum esse." ac condemnationem ab ecclesiaeque consortio seiunctionem Heracleae antistes, sacra humerali et collari veste indutus, promulgavit. tunc concordi voce emiserunt pernices nuntios ad pontifices cum regio mandato: eos congregarunt universos, et apud provincialem iudicem talem ordinationem constituerunt. "quandocunque aliquis patriarchatum sitiens non accederet in patriarcheum, sed tantum coitione aliquot pauciorum praesulum, clericorum et primorum, legeretur, perinde ac si ab universorum concilio electus esset, tunc synodum esse cogendam, in qua tales dignitate sua moverentur et longe a magna ecclesia eradicati proiicerentur." improbitatem hanc a nundinatione Simonis magi, de quo in libro rerum ab apostolis Christi gestarum, ortum et nomen habere; contra quam extare canonem apostolicum.

νιακον, ὁποῦ ἔναι ἀπόφασις τῶν θείων ἀποστόλων εἰς τοῦτο, καὶ ἄλλα ἄτοπα καὶ παράνομα, ὁποῦ ἦσαν. καὶ τότε νὰ ἐκλέξουν καὶ πατριάρχην, νὰ καθέζεται εἰρηνικὸς καὶ ἀσκανδάλιστος, χωρὶς κανέναν πειρασμόν.

Ὅμως οἱ Γαλατιανοὶ εἶχαν μεγάλην ἀγάπην εἰς τὸν μητροπολίτην Νικομηδείας, κύριν Διονύσιον, ἔσοντας νὰ ἔναι ἡ πατρίδα τοῦ ἀπὸ τὸν Γαλατᾶν, καὶ ἐκεῖ ἐγεννήθη, καὶ ἐκεῖ ἀνετράφη· καὶ οὐ μόνον οἱ Γαλατιανοὶ τὸν ἀγαποῦσαν, ἀμὴ καὶ οἱ Καραμανῖται, καὶ ἐπεθύμουν πολλὰ νὰ τὸν ἐκάμουν πατριάρχην. καὶ εἰς τὰς δεκαεπτὰ τοῦ Ἀπριλλίου μηνός, τὸ σάββατον τοῦ δικαίου Λαζάρου, ἔγινε σύνοδος διά τινας ὑποθέσεις, καὶ καθεζομένων τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν κληρικῶν καὶ μέρος τῶν ἀρχόντων καὶ πολλῶν ἄλλων ἀνδρῶν, καὶ τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ ἦτον εἰς τὴν αὐλήν. ἐκεῖ οὖν καθεζομένων ἦλθαν εἰς λόγον περὶ πατριάρχου, ὡς ἂν συναχθοῦν οἱ ἀρχιερεῖς, ποῖον νὰ κάμουν. καὶ ἐσηκώθη τότε ὁ μέγας σακελάριος, ὁ Σερπέτης, ὀρθός, ἀπὸ τὸν τόπον ὁποῦ ἐκαθέζετον, καὶ εἶπε μεγάλῃ τῇ φωνῇ. "ἅγιοι ἀρχιερεῖς, τιμιώτατοι κληρικοὶ ἀδελφοί, καὶ ὅλος ὁ λαὸς τοῦ Χριστοῦ, ἀκούσατε. ὁ πρώην πατριάρχης, κύρις Ἱερεμίας, πολλαῖς τῶν φορῶν, ὡς ἐκαθέζετο μεθ' ἡμῶν τῶν κληρικῶν, ἀνήφερε ὅτι ἀποθανόντος αὐτοῦ ἄλλος δὲν ἔναι νὰ γένει πατριάρχης· μόνον ὁ ἅγιος, ὁ Νικομηδείας, διότι ἔναι παλαιὸς ἀρχιερεύς, γέροντας ταπει-

166

multa alia absurda et legibus adversa contra disciplinam rectam pugnare his vitiis profligatis in sacro omnium concilio legendum esse patriarcham, qui pacifice, absque omni offendiculo, citra omnem vexationem et molestiam summae rerum praesit.

Eo tempore Galatae oppidi cives inclinatione caritatis admodum propendebant in metropoliten Nicomediae Dionysium, eo quod patria eius Galata erat, quae ipsum et genuerat et educaverat. nec Galatianis modo carus erat, sed etiam Caramanitis seu Cilicibus, qui magnopere eum fieri patriarcham studebant. itaque 17 die Aprilis, sabbato iusti Lazari, synodus propter negotia quaedam collecta est. ibi sedentibus pontificibus et clericis et parte procerum secularium et multis aliis, congregataque multitudine plebis in area, sermo incidit de patriarcha, quisnam in pontificum conventu faciendus esset. tunc magnus sacellarius, nomine Serpeta, de loco suo surrexit, et stans erectus clara voce dixit. "sancti pontifices, venerabiles clerici fratres, et universe piorum coetus, auscultate. prior patriarcha felicis memoriae, Hieremias, saepenumero, quando cum clericis nobis sedebat, referebat se mortuo alium neminem esse qui fieret patriarcha,

νός καὶ εἰρηνικός." καὶ ἀκούσαντες τοῦτο ἐσηκώθησαν μέρος τῶν ἀρχιερέων καὶ μέρος τῶν κληρικῶν καὶ οἱ Γαλατιανοὶ καὶ οἱ Καραμανῖται, καὶ ὅσοι ἄλλοι τὸν ἀγαποῦσαν τὸν αὐτὸν Νικομηδείας, τὸν ἅρπαζαν ὁμάδι καὶ τοὺς ἀρχιερεῖς, καὶ τοὺς ὑπῆγαν μέσα εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, καὶ ἔκαμαν τοὺς ψήφους, καὶ ἔδωκαν αὐτοῦ τὸ μικρὸν μήνυμα, καὶ τὸ μέγα μετὰ τὸν ἑσπερινὸν τῶν βαΐων, καὶ ἐκάθισαν αὐτὸν εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ μητροπολίτης Νικομηδείας.

Τῇ οὖν κυριακῇ τῶν βαΐων ἐκαβαλίκευσαν αὐτὸν καὶ εἰς τοὺς πασιάδες τὸν ὑπῆγαν, καὶ τοὺς ἐπροσκύνησε· καὶ οὐδὲ τόμον ἐνθυμήθησαν οὐδὲ ἀφορισμόν. καὶ ὡς ἐκάθισεν εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον, ἐπέρασεν ὅλη ἡ μεγάλη ἑβδομάδα, τὰ ἅγια καὶ φρικτὰ πάθη τοῦ σωτηρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, χωρὶς καμία ταραχή. καὶ ἔγινε καὶ ἡ ἀνάστασις. καὶ ψάλλοντες αὐτὴν ἔκλαιον ἀπὸ ταῖς στράταις Τοῦρκοι Ῥωμαῖοι Ἀρμένιοι Ἑβραῖοι καὶ πᾶσα ἄλλη φυλή, κλέγοντες καὶ βοῶντες μεγάλῃ τῇ φωνῇ "τὸ πὶτ παζάρη καίεται καὶ τὸ πεζεστένη." καὶ ἔτρεχαν οἱ ἐλεεινεὶ πραγματευταὶ εἰς τὰ ἐργαστήρια αὐτῶν, νὰ γλύτωσουν ἀπὸ τὰ ῥοῦχα τῆς πραγματείας αὐτῶν. ἔγινε δὲ τότε μεγάλη φθορὰ καὶ χαλασμὸς καὶ πτω-

nisi sanctum Nicomediae praesidem: nam esse aetate provecta pontificem, animo submissum, pacis amantem." hac sententia audita pars pontificum et clericorum surrexit, Galatiani item et Caramanitae, nec non alii, qui diligebant Nicomediensem. eum rapientes una cum pontificibus in magnam ecclesiam introduxerunt. ibi suffragatione inita minus ei dederunt indicium, et post Palmarum vesperas maius. tum in patriarchicum solium extulerunt.

XXII. P. DIONYSIUS Nicomediae metropolita.

Die dominico Palmarum in equo collocatum ad bassas perduxerunt, quos ipse adoravit. ibi nec superioris sanctionis meminere nec excommunicationis. posteaquam in throno suo sedit, praeteriit tota hebdomada Paschatis, quae magna vocatur, sancti et venerandi supplicii servatoris Iesu Christi celebratio, sine ulla perturbatione. secuta est et ipsa resurrectio. quam cum in ecclesia decantarent, ecce tibi tumultus. plorare per plateas Turcae, Graeci, Armenii, Hebraei, alia quaevis natio; lamentari, magna voce clamare "pitpasarum ardet, pezestinum ardet," hoc est forum artificum et forum pretiosissimarum vestium ac rerum. discurrere miseri negotiatores in suas officinas, ut incendio subtraherent negotiationis suae vestes et pannos. accidit

χία καὶ γυμνότητι εἰς τοὺς πραγματευτὰς διότι πολλοὶ πτωχοὶ ἔγιναν τότε πλούσιοι καὶ πολλοὶ πλούσιοι ἔγιναν πτωχοί.

Οἱ δὲ ἄρχοντες τῆς πόλις, ὡς ἔμαθον ὅτι πατριάρχης ἔγινε, ἐβαρέθησαν πολλά, καὶ εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν ἔδραμαν καὶ εἰς τοὺς ἀρχιερεῖς ὑπῆγαν λέγοντες "τί τοῦτο; τὰ γράμματα τοῦ τόμου ἀκομὶ δὲν ἐστέγνωσαν· τὸ ἐπιτραχήλιον καὶ τὸ ὠμοφόριον, ὁποῦ ἔγινεν ὁ ἀφορισμός, ἀκομὶ ἔξω εἶναι, ὁποῦ δὲν ἐβάλθησαν εἰς τὸ σκευοφυλακίῳ· καὶ 167 αἱ ὑπογραφαῖς σας στέκονται, ὅτι, εἴ τις τῶν ἀρχιερέων ἐπιχειρισθῇ διὰ τὸν πατριαρχικὸν θρόνον χωρὶς νὰ συναχθοῦν ὅλοι οἱ ἀρχιερεῖς, νὰ ἔναι αὐτοκαθαίρετος. εἶναι νόμοι εἰς τοῦτο; εἶναι ἀποφάσεις; δὲν ἠξεύρετε ὅτι καὶ ἐσᾶς καὶ αὐτόν, ὁποῦ ἐκάμετε πατριάρχην, οἱ νόμοι σὰς καθήρουν;" οἱ δὲ ἀρχιερεῖς ἀπεκρίθησαν "ἀληθῶς οἱ νόμοι καθῆρουν ἡμᾶς, ἐὰν ἠθέλαμεν παρέβη τὸν νόμον καὶ τὰς ὑπογραφάς μας θελληματικῶς. ἀμὴ τοῦτο ὁποῦ ἐκάμαμεν, ἔγινε στανικός μας, διότι ἀπὸ τὴν σύνοδον, ὁποῦ ἐκαθεζόμεθεν, ἄρπαξαν ἡμᾶς στανικός, καὶ τινὲς ἐβάσταζαν ἡμᾶς ἀπὸ τὰ ποδάρια, ἄλλοι ἀπὸ τὰ χέρια καὶ ἄλλοι ἀπὸ τὴν μέσιν· καὶ τὰ * καμιλάχια ἡμῶν καὶ τὰ σοκαμίλαυχα ἔρηξαν κατὰ γῆς, καὶ ἀθχεπεῖς ἡμᾶς εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐσφάλισαν, καὶ ἀπόφασιν εἰς μᾶς ἐξεφώνησαν, ὅτι ἢ τὸν Νικομηδείας νὰ κάμετε πατρι-

tunc mercatoribus ingens calamitas et iactura, ad mendicitatem et nuditatem redactis. multi tunc pauperes ditati, contra multi divites depauperati.

At vero principes urbis seu bassae, audito patriarcham factum esse, valde moleste ferebant. itaque in patriarchicam ecclesiam currere et pontifices adire, dicentes "quid hoc rei est? literae quibus in libro sanctionem inscripsistis, nondum siccatae sunt; vestis collaris et humeralis, in qua promulgata fuit excommunicatio, adhuc foris est nec in vestiarium reposita; subscriptiones etiam vestrae extant, si quis pontificum invadat in patriarchicum thronum non omnibus pontificibus praesentibus, talem statim per se illa dignitate deiectum esse. de hoc leges sunt, sententiae firmae sunt. an ignoratis et vos ipsos, et quem fecistis patriarcham, voce legum vestrarum de statione vestra deturbari?" responderunt pontifices "sane deturbarent nos leges, si voluntate nostra violassemus legem et subscriptiones nostras. nunc illud quod fecimus, factum est invitis nobis, quia e synodo, ubi sedebamus, nos contra voluntatem nostram rapuerunt; ac quidam nos portabant pedibus, alii manibus; nonnulli medios complexi pannos humerorum nostrorum in terram abiecerunt, nudatos in templo nos incluserunt; praefracte denique denuntiarunt, aut Nicomediensem de-

ἀρχην, ἢ νὰ σὰς θανατώσομέν." ὡς ἄκουσαν δὲ τούτους τοὺς λόγους οἱ ἄρχοντες, ἔκραξαν σύνοδον τὴν νέαν ἑβδομάδα. καὶ καθίσαντες οἱ ἀρχιερεῖς ἐζήτησαν ὅτι νὰ ἀναγνωσθῇ ὁ τόμος. ὁ δὲ πατριάρχης, κύριος Διονύσιος, μετὰ τῶν οἰκιακῶν τῆς βουλῆς αὐτοῦ δὲν ἠθέλησαν οὐδὲ νὰ ὁμιλήσουν οὐδὲ νὰ ἀποκριθοῦν. οἱ δὲ ἄρχοντες καὶ οἱ περισσότεροι τῶν ἀρχιερέων, ὡς ἴδαν ταύτην τὴν καταφρόνεσιν, ἀναφορᾶ τοῦ πασιᾶ τὸ ἔκαμαν (ὁ ὁποῖος ἦτον ὁ Ῥουσταπασιᾶς, πρῶτος βεζίρης, γαμβρὸς τοῦ βασιλέως) καὶ εἰς τὸ πεσκέσιον ἐπανεύασιν ἔκαμαν, ὅτι νὰ ἐξεταχθῇ ἡ ὑπόθεσις αὕτη τοῦ τόμου καὶ εἰ μὲν ὁ πατριάρχης ἔγινε νομίμως καὶ κανονικῶς, νὰ τὸν ἐπροσκυνήσωμεν διὰ πατριάρχη μας, εἰ δὲ καὶ παρανόμως ἔγινε νὰ καθήρεται. ὁ δὲ πατριάρχης δὲν ἤθελε νὰ ἀκούσῃ τοῦτο· μόνον ἔστερξε τὴν ἐπανεύασιν τοῦ πεσκεσίου. οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ἄρχοντες, ὡς ἴδαν ὅτι στέργει τὴν ἐπανεύασιν, πάλιν ἔκαμαν περισσοτέραν αὔξησιν· ἦτον δὲ τὸ πεσκέσιον φλωρία πεντακόσια ἀπὸ τὴν ἀρχή, καὶ τότε τὸ ἐπανεύασαν τρεῖς χιλιάδες φλωρία. ὁ δὲ πατριάρχης μετὰ τῶν φίλων αὐτοῦ ἀρχιερέων καὶ κληρικῶν καὶ μέρος τοῦ λαοῦ ἔκαμαν σύνοδον ἀνὰ μέσον αὐτῶν, τί νὰ κάμουν εἰς τοῦτο. καὶ ἔτζη ὁμοφώνησαν ὅτι νὰ δώσουν * ῥοχᾶ τοῦ βασιλέως, ἔσοντας ὅποῦ
168 ἦτον ὁ πρῶτος βεζίρης ὁ Ῥουσταπασιᾶς ἐχθρὸς μέγας τοῦ πατριάρχου. καὶ ὡς ἔστησαν τοῦτο, ἔκαμαν τὸν ῥοχᾶν, γρά-

signaremus, aut morte poenas lueremus." principes his auditis synodum sequenti hebdomade convocant: pontifices consident, sanctionem recitari postulant. at patriarcha Dionysius, et qui cum ipso faciebant, nec colloqui nec respondere ipsis volebant. principes et maior pars pontificum, ut talem contumaciam viderunt, ad bassam rettulerunt, qui erat Rusta bassa, primus vesirius, regis gener, et pescesio augendo causam dederunt, ut exquireretur negotium illud novellae constitutionis seu decreti. "si patriarcha" inquiunt "legitime et rite factus est, retineamus ipsum, pro patriarcha vero habentes et honore debito prosequentes. sin contra, quam lex praescribit factus est, deponatur." recusare patriarcha hoc, sed auctione honorarii acquiescere. at pontifices et primates hoc viso, cum admittere auctionem, denuo tanto maiorem fecerunt additionem. fuerat pescesium initio aurei quingenti. tunc vero ad tria milia aureorum perduxerunt. enimvero patriarcha, ipse et qui ei favebant pontifices clerici et pars populi, inter se concilium habebant, quid de hoc facerent. convenit inter eos dandum esse supplicem libellum ad regem, cum hoc certum esset, primum vesirium, ipsum Rusta bassam, magnopere commodis adversari patriarchae. hoc ubi sic decrevere, pararunt supplicationem

φοντες, ὡς ἀπὸ μέρους ὅλου τοῦ λαοῦ, ὅτι τοῦτον θέλομεν πατριάρχην, τὸν κύριν Διονύσιον. καὶ μιᾷ ἡμέρᾳ ὑπῆγεν ὁ βασιλεὺς διὰ θαλάσσης εἰς τὸ καμηλογέφυρον· καὶ ὡς ἔμαθαν τοῦτο οἱ Χριστιανοί, ἔδραμαν ἐκεῖ, βαστόντα τὸν ῥοκᾶν, καὶ ἔτζη ἐπροσκύνησαν καὶ τὸν ἔδωκαν. ὁ δὲ βασιλεὺς ὡς ἦλθεν εἰς τὸ σαράγιον αὐτοῦ ἀνέγνωσε τὸν ῥοκᾶν, καὶ τῆς ὥρας ἔκραξε τὸν Ῥουσταπασιᾶν, καὶ πολλὰ τὸν ὀνείδισε περὶ τούτου. τέλος τοῦ εἶπε κατὰ ἀπόφασιν "νὰ γένει τὸ θέλημα τοῦ λαοῦ μου." καὶ ὁ πασιᾶς μὴ ἔχων, τί νὰ κάμῃ ἀπὸ τὸν φόβον τοῦ βασιλέως, ἔπεμψε τζαούσῃ καὶ ἐπῆρε τὸν πατριάρχην ἀπὸ τὸν Γαλατᾶν, ὁποῦ εὑρίσκετον ἐκεῖ διωγμένος, καὶ τὸν ἤφερεν εἰς τὸ πατριαρχεῖον, καὶ ἐκάθισεν εἰς τὸν θρόνον τὸν πατριαρχικόν.

Μετὰ δὲ ἡμέρας ὀλίγας ἔλαβε τὸ πεσκέσιον, ταῖς τρεῖς χιλιάδες τὰ φλωρία, καὶ τὰ ὑπῆγεν εἰς τὸ διβάνη, καὶ τὰ ἐπαρέδωκε τοῦ τεντερτέρη. καὶ ἔτζη τὸν ἐπῆρε, καὶ ὑπῆγε καὶ ἐφίλησε τοῦ βασιλέως τὸ χέρη, ὡς ἔναι συνήθεια τῶν πατριαρχῶν. καὶ μπαράτιον τοῦ ἔδωκε. ὡς δὲ ἔλαβεν αὐτό, ἐκάθισεν ἐπὶ θρόνου, καὶ ἔκρινεν ἀφόβως. οἱ δὲ ἀντίδικοι αὐτοῦ, οἱ ἀρχιερεῖς, μὴ ἔχοντες πλέον τί νὰ κάμουν αὐτοῦ, ἐπροσκύνησαν αὐτὸν ὡς αὐθέντην αὐτῶν καὶ βασιλέαν καὶ πατριάρχην· καὶ ὑπῆγε καθ' ἕνας εἰς τὸν θρόνον αὐτοῦ.

Εἰς τὰς ἡμέρας δὲ τούτου τοῦ πατριάρχου ἔγιναν πολλὰ

tanquam nomine totius populi scriptam, hunc Dionysium sibi patriarcham expetentis, quodam die rex mari ad camelogephyrum (pontem camelorum dixeris) perrexit. quod ut Christiani cognoverunt, cucurrerunt illo, ferentes supplicationem; quam humiliter ei porrexerunt. rex in palatium suum reversus eam legit et extemplo Rusta bassam accivit et valde hoc nomine obiurgavit. tandem ei dixit "est haec sententia mea, ut fiat quod populus meus vult." tum bassa, cum metu regis non haberet quod aliud faceret, misso equite, quem zauschum vocant, patriarcham ex oppido Galata, quo eiectus fuerat, accersivit. qui in patriarcheum reductus sedem suam recuperavit.

Paucis diebus post, honorarium ter mille ducatorum accepit allatumque in consessum bassarum quaestori tradidit. a quo ad regem adduclus manum huius osculatus est, quemadmodum consuetudo patriarcharum fert. cumque potestatem et ius ab eo datum accepisset, in solio suo securus sedit, libere ecclesiam regens et iurisdictionem exercens, adversarii vero pontifices, cum rem impedire non possent, eum pro domino suo et rege et patriarcha agnoverunt et honorarunt. ita singuli domos suos discesserunt.

Temporibus huius patriarchae multae discordiae confusiones per-

σκάνδαλα καὶ συγχύσεις καὶ ταραχαὶ ἀνὰ μέσον αὐτοῦ καὶ τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν κληρικῶν, καὶ πολλαὶ συνόδοις καὶ ταραχαὶ ἐγένοντο.

Τοῦτος ὁ πατριάρχης ἔκτισε μέσα εἰς τὸ πατριαρχεῖον, τὸ μέρος τῆς δύσεως, κελλία τέσσαρα ἀπάνω, καὶ ἀποκάτω εἰς αὐτὰ ἔκαμεν ἄλλα τέσσαρα. καὶ πλησίον τούτων ἔκαμεν ἀχούριον ἕνα μεγάλον καὶ καλόν. ἔκαμε δὲ καὶ δύο ἀναλόγια, ὁποῦ κανοναρχοῦν, εἰς τὸν δεξιὸν χορὸν καὶ εἰς τὸν ἀριστερόν, καὶ ἄλλα τινὰ σκεύη.

Πατριαρχεύοντος δὲ τούτου τοῦ κυροῦ Διονυσίου ἐκατέβασαν τὸν σταυρόν, διὰ ὁρισμοῦ τοῦ πασιᾶ, ἀπάνωθεν ἀπὸ τὸν ναὸν τῆς παμμακαρίστου τοῦ πατριαρχείου· ὁποῦ ἦτον ἀπάνω εἰς τὸ καμπανάριον καὶ ἐφαίνετον ἀπὸ μακρόθεν
169 στερεᾶς καὶ θαλάσσης, καὶ ἐγνώριζε πᾶσα Χριστιανὸς τὸ πατριαρχεῖον, ὅταν ἤθελεν ἰδεῖ τὸν σταυρόν. καὶ ὡς τὸν ἐκατέβασαν, ἔγινε μεγάλη λύπη εἰς τοὺς Χριστιανούς.

Τοῦτος ὁ πατριάρχης ἀσθενήσας ἀπέθανε· καὶ ἐν τῷ ναῷ τῆς παμμακαρίστου τὸν ἔψαλλαν μετὰ πάσης εὐλαβείας. τὸ δὲ σῶμα αὐτοῦ ἔθαψαν ἐν τῇ μονῇ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, ἐν τῇ Χάλκῃ, εἰς τὸ μοναστήριον αὐτοῦ.

Ἀκούσαντες δὲ οἱ ἀρχιερεῖς τὸν θάνατον τοῦ πατριάρχου ἔδραμαν πολλοί, καὶ ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς τὸ μέρος καὶ ἀπὸ

turbationes inter ipsum et pontifices et clericos exortae sunt, ac plures turbulentae synodi celebratae.

Condidit hic patriarcha in patriarchei parte, quae ad occasum solis vergit, quattuor conclavia seu cellas in superiore loco, et alia totidem inferius, his subiecta. et prope haec equile spatiosum et pulcrum. duo quoque pulpita libris imponendis fecit; ubi quae ab aliquo leguntur, ab aliis cantantur, in dextero et sinistro choro; nec non alia quaedam, ecclesiae usibus accomoda.

Hoc patriarcha sedente deposita est S. crucis figura, bassae iussu, de superiore parte, ubi campanis locus erat, templi Pammacaristae, quod in patriarcheis est; quae crux eminus longe e terra marique conspicua fuerat omnibusque Christianis patriarcheum conspecta notum fecerat. ea deposita magnus maeror omnium piorum animos invasit.

Post haec, patriarcha morbo extinctus est; cui iusta in templo praedicto, psalmorum cantu et omni caeremoniarum genere, rite facta sunt. corpus eius in S. deiparae monasterio vicinae insulae Chalcae, ad ipsum pertinente, humatum.

Vulgato patriarchae obitu inter antistites multi et ab Oriente et ab Occidente in urbem confluxere. ibi concilio habito, de sen-

τῆς δύσεως. καὶ συνόδου γενομένης κοινῇ γνώμῃ ἀρχιερέων κληρικῶν ἀρχόντων καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ ἐψήφισαν πατριάρχην τὸν πανιερώτατον μητροπολίτην Ἀδριανουπόλεως, κύριν Ἰωάσαφ, καὶ ἔδωκαν αὐτοῦ τὸ μικρὸν μήνυμα, καὶ τὸ μέγα, ὡς ἔψαλαν τὸν ἑσπερινόν. καὶ τὴν εὐχαριστίαν ποιήσας ἐπὶ χεῖρας τὸ δικανίκιον ἔλαβε παρὰ τοῦ Ἡρακλείας. καὶ προσκυνήσας αὐτὸν ἐφίλησε τὴν χεῖραν αὐτοῦ. τὸ δὲ μέγα μήνυμα τοῦ ἔδωκεν ὁ τιμιώτατος καὶ σοφώτατος μέγας χαρτοφύλαξ τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Χριστοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, κύρις Ἀλέξανδρος, ὁ ἀπὸ Τηρᾶς.

ΙΩΑΣΑΦ μητροπολίτης Ἀδριανουπόλεως.

Ὡς ἔγινε τοῦτος πατριάρχης, ἔδραμεν ὅλος ὁ λαός, ἱερωμένοι καὶ κοσμικοί, καὶ ἐπροσκύνησαν αὐτόν, γέροντες καὶ νέοι. ὅμως, ὡς εἴπαμε, τὸ πεσκέσιον ἔγινε φλωρία χιλιάδες τρεῖς, ἔσοντας νὰ κάμουν τὴν ἐπανεύασιν εἰς αὐτό. καὶ οὕτως τὰς ἔδωκεν ὁ πρώην πατριάρχης, κύρις Διονύσιος. καὶ ὡς ἔγινε πατριάρχης τοῦτος ὁ κύρις Ἰωάσαφ, ἔκαμεν οἰκονομίας πολλὰς καὶ δωρήματα ἔδωκε καὶ ἔκοψε τὰ χίλια φλωρία τοῦ πεσκεσίου· καὶ ἔμεινεν αὐτὸ δύο χιλιάδας. καὶ ἔτζη ἐπῆρεν αὐτάς, καὶ ὑγῆγεν εἰς τὸ διβάνη, καὶ τοῦ βασιλέως τὴν χεῖραν ἐφίλησε, καὶ τὸ μπαράτιον ἔλαβε.

tentia pontificum clericorum primorum et totius populi, electus est patriarcha sanctissimus Adrianopoleos metropolita, Ioasaphus. cui primo minor de more significatio data est, deinde vespertino cantu peracto maior. cumque gratias rite egisset, pedum sacrum ab Heracleensi accepit; quem demisse venerans osculum manui eius infixit. maiorem vero significationem dedit ei reverendus et doctissimus vir, magnus sacratissimae magnae Christi ecclesiae chartophylax seu commentariensis, Alexander Terensis.

XXIII. P. IOASAPHUS, metropolita Adrianopoleos.

Postquam hic patriarchicae dignitati praepositus fuit, concursu totius populi, sacri et profani ordinis, seniorum et iuniorum ei gratulantium et veneratione exhibentium, exceptus est. erat tunc temporis pescesium trium milium, uti diximus, aureorum, vitio eorum qui ad tantam id auctionem perduxerant. eam certe summam superior patriarcha Dionysius dederat. at hic Ioasaphus sedem indeptus, magna arte, multis machinationibus plurium donorum distributione tantum effecit ut uno mille desecto pescesium posthac bis mille aureorum remaneret. his secum acceptis ad consilium perrexit, manumque sultani osculatus insigne potestatis accepit.

Καὶ ὡς ἐπέρασαν ἡμέραι ὀλίγαι, ὅλον τὸν περιφραγμὸν τοῦ πατριαρχείου, ὁποῦ ἦτον γύροθεν μὲ παλαιὰ πέταυρα σεσαθρωμένα, ἔρριξεν αὐτά, καὶ ἤφερεν ἀσβέστην καὶ λιθάρια καὶ κεραμίδες καὶ τούβουλα, καὶ ἔκτισεν αὐτὸ γύρωθεν, καὶ τὸ ἔκαμεν ὡς κάστρον ὡραιότατον, πεφυλαγμένον. ἔκτισε δὲ καὶ δύο παλάτια εὐμορφώτατα μεγάλα, ἀριστερᾷ, ὅταν εὐγένῃς ἀπὸ τὸ πατριαρχεῖον, πλησίον τοῦ πατριαρχικοῦ θείου κελλίου. ἔκαμε δὲ καὶ μαγγύπιον καὶ μύλον. ἔκαμε δὲ καὶ σκεύη τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, διβάμουλον ἀργυρόν, λεκάνιν ἀργυρίν, μανουάλια δύο ἀργυρᾶ, καὶ ἄλλα πολύτιμα, λαμπρὰ καὶ χρυσᾶ ἱερά, καὶ ποδαῖς.

Ὅμως τοῦτος ὁ πατριάρχης ἦτον πολλὰ ὑπερήφανος καὶ δοξασμένος, καὶ ἦλθεν εἰς μεγάλα σκάνδαλα μετὰ τῶν τιμιωτάτων κληρικῶν καὶ μετὰ τῶν εὐγενεστάτων ἀρχόντων. καὶ ἀπέστειλε καὶ ἐσύναξεν ὅλους τοὺς ἀρχιερεῖς τῆς ἀνατολῆς, τῆς δύσεως καὶ τῆς Πελοποννήσου· καὶ ἦλθαν καὶ ἐσυνάχθησαν εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν· διὰ νὰ τοὺς ἔχει βοηθούς, νὰ καταβάλῃ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. καὶ συνόδου γενομένης ἀπέδειξαν αὐτὸν Σιμωνιακόν, καὶ κατὰ τὴν ἀπόφασιν τῶν ἀποστολικῶν θείων κανόνων ἐκάθηραν αὐτὸν τῆς ἀρχιερωσύνης καὶ τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου καὶ τῆς τιμῆς.

Ἰδοὺ καὶ ἡ καθαίρεσις αὐτοῦ.

Paucis diebus elapsis totum septum quo patriarcheum circumdatum erat, cum veteribus et putrefactis tuguriis destruxit; advectisque calce, lapidibus, tegulis et coctilibus lateribus murum ipsi patriarcheo circumdedit, ita ut id nunc castri pulcherrimi et muniti speciem habeat. aedificavit quoque duo speciosa et ampla palatia in parte sinistra exeunti e patriarcheo, prope sacratissimam patriarchae cellam; ad haec coquinam et molendinum insuper vasis sacris magnam ecclesiam auxit et ornavit, turibulo, pelvi, candelabris duobus, ex argento omnibus, nec non aliis magni pretii et splendoris ex auro utensilibus sacris et vestibus.

Erat porro hic patriarcha admodum superbo ingenio, et gloriae praeter modum avido. hinc in magnas concertationes cum venerando clericorum coetu et cum viris nobilitate praestantibus venit. atque ut sibi adiutores adversariae factionis prosternendae causa paratos haberet. nuntiis emissis cunctos Orientis Occidentis et Peloponnesi pontifices congregavit. qui cum venissent, in magna ecclesia congregati sunt. synodo autem facta, ipsum Simoniae convicerunt et ex sententia sacrorum apostolicorum canonum pontificio throno patriarchicoque honore deiecerunt.

Exemplum deiectionis.

Οὐδέποτε κόρον ἐκτήσατο ὁ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἐχθρὸς καὶ ἐπίβουλος, τῇ ἀνθρωπείᾳ ἀρχῇθεν ἀνθιστάμενος φύσει καὶ κατὰ τῆς Χριστοῦ ἐκκλησίας ἀεὶ ὁπλιζόμενος, αἱρέσεσι ποτὲ μὲν διαφόροις ἐπιβουλεύων, ποτὲ δὲ κατὰ τῶν θείων ἀποστολικῶν κανόνων καὶ πατρικῶν ἀνθρώπους φθορεῖς ἐγείρων, τοὺς τὰ ὦτα αὐτῷ ὑποκλίνοντας. ὡς καὶ νῦν ἡ πληθυνθεῖσα ἁμαρτία ἡμῶν ἐξήγειρεν ἀναφανδὸν διώκτην καὶ πολέμιον καὶ φθορέα τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως, τὸν πατριαρχεύσαντα Ἰωάσαφ, ὃς ἀφοβίαν θεοῦ νοσῶν, ὡς ἀπιονὴς ἄνθρωπος, πᾶν εἶδος παρανομίας ἐκτὸς τῆς διατάξεως τῶν ἱερῶν κανόνων πεπραχὼς ἦν. ἐνθέν τι διαμηνυσθέντες ἡμεῖς, οἱ τὴν σύνοδον ἀναπληροῦντες ἀρχιερεῖς ἐπὶ ἐξετάσει τῶν τοιούτων, πρό γε τῶν ἄλλων πάντων ἐκκλησιαστικῶν ὑποθέσεων τὰ κατὰ τοῦ πατριάρχου δεῖν ἔγνωμεν λεπτομερῶς θεωρῆσαι. καὶ δὴ τὰς ὄψεις ἐπιβαλόντες τοῖς λαληθεῖσιν ἐγκλήμασι κατ' αὐτοῦ παρά γε τοῦ μεγάλου σακελαρίου τῆς καθολικῆς μεγάλης ἐκκλησίας, πρεσβυτέρου κυροῦ Ἀναστασίου, καὶ τοῦ μεγάλου λογοθέτου κυροῦ Ἱέρακος, καὶ τοῦ ἐν ἄρχουσι κυροῦ Ἀντωνίου τοῦ Καντακουζηνοῦ, καὶ κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Γαβρᾶ, μετὰ τὴν προσήκουσαν ἀκριβῆ ἔρευναν καὶ ἐξέτασιν εὕρομεν αὐτὸν οὐ μόνον ἄδικον καὶ πλεονέκτην, ἀλλὰ καὶ ἀθετήσαντα τὴν πρὸς αὐτὸν δοθεῖσαν διάκρισιν παρὰ τῶν ἀρχιερέων, καὶ 171

Nunquam satietatem capit inimicus ille salutis nostrae et insidiator, qui humano generi mox ab initio adversarius extitit et adversus Christi ecclesiam semper arma capit. nam interdum per haereses, quas varias excitat, insidiatur: nonnunquam per homines irrequietos, qui aures ei adhibent, corruptiones sacrorum apostolicorum et a S. patribus traditorum canonum tentat. sicut nunc quoque peccatorum nostrorum abundantia aperte persecutorum suscitavit et hostem et ecclesiasticae disciplinae corruptorem, istum qui patriarcha fuit, Ioasaphum, hic enim morbo animi dei timorem aspernatus, ut homo sine metu et a ratione alienus, omne genus iniquitatis, a praescripto sacrorum canonum recedens, designavit. unde nos, qui ad hoc concilium inquirendi causa convenimus, antistites certiores facti, antequam quicquam rerum ecclesiasticarum attingeremus, patriarchae acta exquisite nobis consideranda duximus. oculis itaque ad crimina adiectis quae contra ipsum allata sunt (primum a magno sacellario catholicae magnae ecclesiae, presbytero Anastasio, item a magno logotheta Hierace, deinde ab illustribus viris, Antonio Cantacuzeno et Michaele Gabra) adhibitaque, quam par erat, accurata investigatione et examinatione, deprehendimus ipsum non solum iniustum et avarum, sed etiam sententiae de ipso a pontificibus latae contemptorem,

διαπραττόμενον ἄντικρυς τὸ τοῦ Σίμωνος παρανομώτατον καὶ ἀσεβέστατον ἔργον, καὶ ἀθετοῦντα, ὡς οἰκείοις χείλεσιν ὡμολόγησε, τὸν εἰκοστὸν ἔννατον κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων, τὸν φάσκοντα οὕτωσί "εἴ τις ἐπίσκοπος διὰ χρημάτων τῆς ἀξίας ταύτης ἐγκρατὴς γένηται, ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς καὶ ὁ χειροτονήσας, καὶ ἐκκοπτέσθω παντάπασι καὶ τῆς κοινωνίας, ὡς Σίμων ὁ μάγος ὑπ' ἐμοῦ Πέτρου." πρὸς δὲ καὶ ἐκποιήσαντα ἐκτὸς ἀνάγκης κατεπειγούσης, καὶ χωρὶς γνώμης συνοδικῆς ἢ εἰδήσεως τῶν κληρικῶν, τὰ ἐν τῇ Κρήτῃ πρὸ χρόνων ἀμνημονεύτων ἀφιερωμένα κτήματα τῆς καθολικῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ὡς καὶ περὶ τούτου ὡμολόγησε, τοῦ εἰκοστοῦ ἕκτου κανόνος τῆς ἐν Καρθαγένῃ φάσκοντος "ὁμοίως ἤρεσεν ἵνα πρᾶγμα ἐκκλησιαστικὸν μηδεὶς πιπράσκῃ. ὅπερ ἐὰν πρόσοδον μὴ ἔχῃ καὶ πολλή τις ἐπείγῃ ἀνάγκη, τοῦτο ἐμφανίζειν τῷ πρωτεύοντι τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας, καὶ μετὰ τοῦ ὡρισμένου ἀριθμοῦ τῶν ἐπισκόπων βουλεύεσθαι τί δεῖ πρᾶξαι. εἰ δὲ τοσαύτη ἐπέχει ἀνάγκη τῆς ἐκκλησίας ὡς μὴ δύνασθαι πρὸ τοῦ πωλεῖν βουλεύεσθαι, κἂν τοὺς γειτνιῶντας εἰς μαρτυρίαν καλέσει ὁ ἐπίσκοπος, φροντίδα ποιούμενος τοῦ ἀποδεῖξαι τῇ συνόδῳ πάσας τὰς συμβάσας τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ περιστάσεις· ὅπερ εἰ μὴ ποιήσει, ὑπεύθυνος τῷ θεῷ καὶ τῇ συνόδῳ φανείη ὁ πιπράσκων, καὶ ἀλλότριος τῆς οἰκείας τιμῆς." ἔτι δὲ καὶ καθαιρέσεις ἀρχιε-

denique eum qui aperte se iniquissimo et summe impio Simonis scelere astrinxerit atque, ut suomet ore confessus est, 29 canonem S. apostolorum conculcaverit, diserte sic dicentem "si quis episcopus pecunia data huius dignitatis compos factus fuerit aut presbyter vel diaconus, deponitor et ipse et qui eum designavit, atque prorsus a communione exscinditor, sicut Simon magus a me Petro." insuper deprehendimus eum, nullâ necessitate urgente, iniussu ilius synodi, nemine clericorum sciente, alienasse possessiones catholicae magnae ecclesiae in Creta insula, ante tempora memoriam effugientia, consecratas, sicuti de hoc quoque confessus; quod contra 26 Carthagenensis concilii canonem est, qui sic habet "similiter placuit ne quid ecclesiasticum ullus vendat. quodsi non habuerit proventum et magna incubucrit necessitas, id indicetur primati eiusdem provinciae, et, adhibito certo numero episcoporum consultetur quid agendum sit. quodsi tanta necessitas ecclesiam urserit ut non possit ante vendendum, deliberari saltem vicinos ad hoc testandum vocabit episcopus, curam adhibens ut omnes, qui ecclesiae suae acciderint, casus synodo demonstret. quodni fecerit, reus deo et synodo tenebitur qui vendidit, et a suo alienus honore." deprehensus est etiam abrogationes pontificum praeter ra-

ρέων παραλόγως ποιοῦντα, καὶ αὖθις συγχωρήσεις, τοῦ τε δηλαδὴ Καβάλας Νεοφύτου (μετὰ τοῦ συγκαθαιρεθέντος αὐτῷ παπᾶ Κλονάρη, λαβόντα δίγαμον γυναῖκα ἐν τῇ Θάσσῳ) καὶ τοῦ Ἐλασσῶνος Γρηγορίου καὶ τοῦ Περιθεωρίου Δοσιθέου. ὡσαύτως δὲ καὶ παρενορίας πλείστας χειροτονήσεις, ἔν τε τῇ ἐπαρχίᾳ τοῦ Χαλκηδόνος καὶ τοῦ Ἡρακλείας καὶ τοῦ Θεσσαλονίκης κυροῦ Θεωνᾶ καὶ τοῦ Μεθύμνης. ἀλλὰ δὴ καὶ ἀδοκιμάστους χειροτονήσεις καὶ ἄλλας πλείστας κατηγορίας φανερὰς, καὶ μεμαρτυρημένας δέ. ἰδόντες οὖν ἡμεῖς, ἵνα μὴ καὶ αὐτοὶ καθαιρέσει καὶ τῷ αὐτῷ ἀναθέματι ὦμεν ὑπόδικοι ὡς συγκοινωνοῦντες τῷ ἀκοινωνήτῳ, ἤδη αὐτὸν ἀνάξιον ἐκρίναμεν τῆς ἀρχιερωσύνης ὡς πρωταίτιον τῆς παραβάσεως τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων, καὶ καθαιροῦμεν, καὶ ἔκπτωτον καὶ ἀπηλλοτριωμένον ἔχομεν αὐτὸν καὶ τῆς ἀξίας τοῦ πατριάρχου καὶ τοῦ ὀνόματος, ὥστε μὴ δύνασθαι κατὰ μηδένα 172
τρόπον τοῦ λοιποῦ ἀναλαβέσθαι ἢ τὸν θρόνον τὸν πατριαρχικὸν ἢ τὸ τούτου λειτούργημα, ἀλλὰ καὶ μόνον κατὰ μοναχοὺς ζῆν. ὅθεν καὶ εἰς τὴν περὶ τούτων δήλωσιν καὶ ἀσφάλειαν ἐγένετο καὶ ἡ ἡμετέρα συνοδικὴ ἀπόφασις, προκειμένου τοῦ θείου εὐαγγελίου, καὶ ἀφορισμοῦ πρότερον ἐκφωνηθέντος. ἐν ἔτει ἑπτακισχιλιοστῷ ἑβδομηκοστῷ τρίτῳ, μηνὶ Ἰαννουαρίῳ, ἰνδικτιῶνος ὀγδόης.

tionem faciens, et eorundem restitutiones, videlicet Neophyti apud Cabalam, cum quo etiam sacerdotem Clonaram, qui mulierem bis nuptam in Thaso duxerat, deiecit, et Gregorii apud Elassonem, et Dosithei apud Peritheorium, antistitum. eodem modo multarum extra legitimos fines ordinationum factarum compertus est, tum in Chalcedonensis, tum in Heracleensis, tum in Thessalonicensis Theonae, tum in Methymnaei praesulum provinciis sed et citra examen probationemque factarum ordinationum. quae accusationes ipsius plurimis aliis criminibus cumulatae sunt, iisque manifestis et testatis. haec itaque cum nos cerneremus, metuentes ne et nos deiectioni et eidem anathemati obnoxii fieremus tanquam communicantes cum incommunicabili, iam ipsum pontificatu indignum iudicavimus ut primum violationis divinorum et sacrorum canonum auctorem, et deiicimus ipsum ac pro eiecto et abalienato habemus tum a dignitate patriarchae tum a nomine, ita ut nullo modo in posterum nec ad thronum patriarchicum nec ad eius administrationem postliminio redire possit, sed tantummodo monasticam vitam degere. unde et maioris horum omnium notitiae ac certitudinis causa lata quoque est nostra synodica sententia, proposito ante oculos sacrorum evangeliorum libro, et excommunicatione antea pronuntiata. actum anno septies millesimo septuagesimo tertio, mense Ianuario, indictione octava.

Ὡσαύτως δὲ παρακελευόμεθα ἵνα, εἴπερ τίς ἡμῶν τῶν ὑπογεγραμμένων ἀρχιερέων προϊόντος τοῦ χρόνου ἐθελήσει ἀθωῶσαι αὐτόν, νομίμως καὶ κανονικῶς καθαιρεθέντα, καὶ ἀθετήσας τὴν ἰδίαν ἔννομον ὑπογραφὴν ἐξαδιώσεως τινὸς ἢ φιλοπροσωπίας, ὑπάρχῃ αὐτοκαθαίρετος καὶ ἀπηλλοτριωμένος τῆς ἀρχιερωσύνης καὶ τῷ ἀναθέματι ὑπόδικος.

Ὁ Παΐσιος ἀρχιεπίσκοπος Ἀχρειδῶν ἐκὼν ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Καισαρείας Μητροφάνης ἐκὼν ὑπέγραψα.

Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Ἡρακλείας Κύριλλος ἐκὼν ὑπέγραψα.

Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Τορνόβου Ἀρσένιος ὑπέγραψα.

Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Κυζίκου Ἰωάσαφ ὑπέγραψα.

Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Θεσσαλονίκης Θεωνᾶς.

Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Νικαίας Κύριλλος ὑπέγραψα.

Ὁ ταπεινὸς μετροπολίτης Χαλκηδόνης Εὐθύμιος ὑπέγραψα.

Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Λαρίσσης Νεόφυτος ὑπέγραψα.

Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Ἀδριανουπόλεως Ἀρσένιος.

Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Ἰωάσαφ.

Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Ἀγχιάλου Ξενοφῶν ὑπέγραψα.

Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Κορίνθου Σωφρόνιος ὑπέγραψα.

Eodem modo statuimus: si quis nostrum, quorum nomina hic subscripta sunt, pontificum, voluerit progressu temporis purgare ipsum et absolvere, cum tamen sit ex praescripto legum et canonum de solio detractus, suamque legitimam subscriptionem irritam facere, seu licentia quadam et petulantia, seu voluntatis erga hominem propensione, talem esse suo ipsius iudicio et facto deiectum pontificioque honore exutum et anathemati obnoxium.

Ego Paisius archiepiscopus Achridarum, volens subscripsi.
Ego vilis metropolita Caesareae Metrophanes volens subscripsi.
Ego humilis metropolita Heracleae Cyrillus volens subscripsi.
E. h. m. Tornobi Arsenius subscripsi.
E. h. m. Cyzici Ioasaphus subscripsi.
E. h. m. Thessalonicae Theonas.
E. h. m. Nicaeae Cyrillus subscripsi.
E. h. m. Chalcedonis Euthymius subscripsi.
E. h. m. Larissae Neophytus subscripsi.
E. h. m. Adrianopoleos Arsenius.
E. h. m. Ioasaphus.
E. h. m. Anchiali Xenophon subscripsi.
E. h. m. Corinthi Sophronius subscripsi.

Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Γρηγόριος Προύσης ὑπέγραψα.
Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Φιλιππουπόλεως Ἀρσένιος.
Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Παροναξίας Βενιαμίν.
Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης παλαιῶν Πατρῶν Γερμανός. 173
Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Θηβῶν Ἰωάσαφ.
Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Λακεδαιμονίας Γρηγόριος.
Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Μιτυλήνης Μακάριος.
Ὁ ταπεινὸς μετροπολίτης Μεσημβρίας Ματθαῖος.
Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Ἱερισσοῦ καὶ ἁγίου ὄρους Δαβίδ.
Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Ῥυζαίου Ἰωακείμ.
Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Ἀθηνῶν Σωφρόνιος.
Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Ναυπάκτου καὶ Ἄρτης Ἰωακείμ.
Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Βάρνης Γαβριὴλ ὑπέγραψα.
Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Χριστιανουπόλεως Μακάριος, ἔχων καὶ τὴν γνώμην τοῦ Μονεμβασίας.
Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Τραϊανουπόλεως ἤτοι Μαρωνείας Γαβριὴλ ὑπέγραψα.
Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Διδυμοτοίχου Σωφρόνιος ὑπέγραψα.
Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Δρίστης Παρθένιος ὑπέγραψα.
Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Μιδίας Ἰωακεὶμ ὑπέγραψα.

E. h. m. Gregorius Prusae subscripsi.
E. h. m. Philippopoleos Arsenius.
E. h. m. Parinaxiae Beniamin.
E. h. m. priscarum Patrarum Germanus.
E. h. m. Thebarum Ioasaphus.
E. h. m. Lacedaemoniae Gregorius.
E. h. m. Mitylenae Macarius.
E. h. m. Mesembriae Matthaeus.
E. h. m. Hierissi et S. montis David.
E. h. m. Rhyzaei Ioachimus.
E. h. m. Athenarum Sophronius.
E. h. m. Naupacti et Artae Ioachimus.
H. m. Varnae Gabriel subscripsi.
H. m. Christianopoleos Macarius, habens et consensum praesulis Monembasiae.
E. h. m. Traianopoleos sive Maroneae Gabriel subscrpsi.
E. h. m. Didymotoechi Sophronius subscripsi.
E. h. m. Dristae Parthenius subscripsi.
E. h. m. Midiae Ioachimus subscripsi.

Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Σωζοπόλεως Φιλόθεος ὑπέγραψα.
Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Ζιχνῶν Γρηγόριος ὑπέγραψα.
Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Λήμνου Νεόφυτος ὑπέγραψα.
Ὁ ταπεινὸς ἐπίσκοπος Κίτρου Δαμασκηνὸς ὑπέγραψα.
Ὁ ταπεινὸς ἐπίσκοπος Κασανδρίας Κοσμᾶς ὑπέγραψα.
Ὁ ταπεινὸς ἐπίσκοπος Πολεαννίνης καὶ Βαρδιωριτῶν Μακάριος.
Ὁ ταπεινὸς ἐπίσκοπος Ζητουνίου Ἰάκωβος ὑπέγραψα.
Ὁ ταπεινὸς ἐπίσκοπος Δρινουπόλεως Μακάριος ὑπέγραψα.
Ὁ ταπεινὸς ἐπίσκοπος Δαμαλῶν καὶ Πολυφέγγους Ἰωάσαφ.
Ὁ ταπεινὸς ἐπίσκοπος Φαναρίου Γρηγόριος ὑπέγραψα.
Ὁ ταπεινὸς ἐπίσκοπος Ὠλένης Σισώης ὑπέγραψα.
Ὁ ταπεινὸς ἐπίσκοπος Αὐλῶνος Λαυρέντιος ὑπέγραψα.
174 Ὁ ταπεινὸς ἐπίσκοπος Σόλωνος Ἄνθιμος ὑπέγραψα.
Ὁ Βελᾶς Ἀντώνιος, ταπεινὸς ἐπίσκοπος τοῦ Ἰωαννίνων, ἔχων καὶ τὴν γνώμην αὐτοῦ, ὑπέγραψα.
Ὁ ταπεινὸς ἐπίσκοπος Φαναρίου Γαβριήλ, ἔχων καὶ τὴν γνώμην τοῦ Θαυμακοῦ, ὑπέγραψα.
Ὁ ταπεινὸς ἐπίσκοπος Δημητριάδος Θεόφιλος, ἔχων καὶ τὴν γνώμην τοῦ Λιτζᾶ καὶ Ἀγράφων.
Ὁ ταπεινὸς ἐπίσκοπος Ῥεντίνης Δαμασκηνός, ἔχων καὶ τὴν γνώμην τοῦ Σερβίων, ὑπέγραψα.

E. h. m. Sozopoleos Philotheus subscripsi.
E. h. m. Zichnarum Gregorius subscripsi.
E. h. m. Lemni Neophytus subscripsi.
E. h. episcopus Citri Damascenus subscripsi.
E. h. episcopus Casandriae Cosmas subscripsi.
E. h. episcopus Poleanninae et Bardioritarum Macarius.
E. h. episcopus Zetumii Iacobus subscripsi.
E. h. e. Drinopoleos Macarius subscripsi.
E. h. e. Damalarum et Polyphengis Ioasaphus.
E. h. c. Phanarii Gregorius subscripsi.
E. h. e. Olenae Sisoes subscripsi.
E. h. e. Aulonis Laurentius subscripsi.
E. h. e. Solonis Anthimus subscripsi.
Ego Belas Antonius, humilis episcopus metropolitae Ioanninorum, habens et assensum eius, subscripsi.
E. h. e. Phanarii Gabriel, cum consensu etiam Thaumacensis, subscripsi.
E. h. e. Demetriadis Theophilus, assentientibus quoque Litzae et Agraphorum metropolitis.
E. h. e. Rhendinae Damascenus, assentiente et Serviorum metropolita, subscripsi.

Ὁ ταπεινὸς ἐπίσκοπος Μέτρων καὶ Ἀθύρων Προκόπιος, ἔχων καὶ τὴν γνώμην τοῦ Μυριοφύτου.

Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Καστωρίας Ἰωάσαφ, καὶ πρωτόθρονος πάσης Βουλγαρίας, ἑκὼν καὶ ἰδίᾳ χειρὶ ὑπέγραψα.

Ὁ ταπεινὸς ἐπίσκοπος Στρυμνίτζης Ἀνανίας ἑκὼν καὶ ἰδίᾳ βουλῇ ὑπέγραψα.

Ὁ ταπεινὸς ἐπίσκοπος Μελενίκου ὑπέγραψα.

Τέλος τῶν ὑπογραφῶν τῶν ἀρχιερέων τῆς ἀνατολῆς, τῆς δύσεως καὶ τῆς Πελοποννήσου.

Ὡσὰν οὖν ἐκαθηρέθη ὁ αὐτὸς κύρις Ἰωάσαφ, ἐσηκώθη ἀπὸ τοῦ θρόνου, καὶ ἔκαμε μετάνοιαν τῶν ἀρχιερέων δεξιὰ καὶ ἀριστερά, καὶ οὕτως εὐγῆκεν ἀπὸ τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν καὶ ὑπῆγεν εἰς τὰ ὀσπήτια αὐτοῦ, ὁποῦ εἶχεν ἀγορασμένα, καὶ ἐκάθισε. καὶ τῆς ὥρας εὐγῆκε καδδῆς καὶ σκλάβος ἀπάνω τοῦ, καὶ ἐξέταζαν αὐτόν· καὶ ἐπληρώνε ἐκεῖνα ὁποῦ εἶχεν ἐπαρμένα ἀδίκως τῶν ἀρχιερέων καὶ ἄλλων ἱερωμένων. καὶ ἐπληρώθη εἰς αὐτὸν τὸ ῥητὸν τοῦ θείου Δαβίδ "ἐπιστρέψει ὁ πόνος αὐτοῦ εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ" καὶ τὰ ἑξῆς.

Ὅμως οἱ ἀρχιερεῖς, μετὰ τὴν καθαίρεσιν τούτου, ἔκαμαν σύνοδον καὶ ἐκάθισαν ὁμοῦ καθ' ἕνας κατὰ τὸν βαθμὸν τοῦ

E. h. e. Metrorum et Athyrorum Procopius, astipulante quoque Myriophytensi.

E. h. metropolita Castoriae Ioasaphus, et Protothronus totius Bulgariae, volens mea manu subscripsi.

E. h. episcopus Strumnitzae Ananias volens meo consilio subscripsi.

E. h. episcopus Melenici subscripsi.

Hactenus subscriptiones antistitum Orientis et Occidentis et Peloponnesi.

Hoc modo eversus patriarchatu Ioasaphus surrexit de loco ubi sederat, et reverentiam pontificibus exhibuit, dextrorsum sinistrorsumque conversus. tunc e magna ecclesia egressus in suas domos abiit, quas emerat, ibique mansit. mox exiit iudex et servus, conveniens ipsum. hi rationes ab eo pecuniis repetundis poposcerunt. tunc persolvit quae iniuste abstulerat pontificibus aliisque sacri ordinis viris. ita impletum super eo fuit hoc Davidis "revertetur in caput ipsius labor suus," et quae ibi sequuntur.

Peracta deiectione illius concilium a pontificibus coactum est, in

175 θρόνου αὐτοῦ, διὰ νὰ κάμουν πατριάρχην. καὶ ἐκεῖ ἐν τῇ συνόδῳ ἀπέφηναν ὁμοφώνως μιᾷ βουλῇ καὶ γνώμῃ, καὶ ἔκοψαν τὸ τοῦ Σίμωνος παρανομώτατον καὶ ἀσεβέστατον ἔργον, ἤγουν νὰ μηδὲν ἐπέρνουν φλωρία, ὅταν κάμνουν χειροτονία, κατὰ τὴν ἀπόφασιν τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων, τοῦ εἰκοστοῦ ἐννάτου καὶ τοῦ τριακοστοῦ. εἰ δὲ καὶ ὅποιος τῶν ἀρχιερέων παρέβη τούτους τοὺς κανόνας, νὰ ἔναι αὐτοκαθαίρετος. περὶ δὲ τοῦ ἐμβατικίου ἐσυγχώρησαν νὰ τὸ ἐπέρνουν. ὦ τῆς κολάσεως. τοῦ κακοῦ δένδρου ἐτίναξαν τὰ φύλλα, καὶ ἔκοψαν τοὺς κλάδους καὶ τὸ δένδρον, καὶ τὴν ῥίζαν ἀφῆκαν, ἤγουν τὸ Σιμωνιακὸν τῶν χειροτονιῶν ἔκοψαν, τὴν δὲ ῥίζαν, τουτέστι τὸ ἐμβατίκιον, ἀφῆκον, καὶ πάλιν βλαστάνη καὶ αὐξάνη τῆς κολάσεως τὸ δένδρον. καὶ ἀκούσατε τί λέγει εἰς τὰς πράξεις τῶν ἁγίων ἀποστόλων. θεασάμενος δὲ Σίμων ὁ μάγος ὅτι διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τῶν ἀποστόλων δίδοται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἔφερε χρήματα, τουτέστι φλωρία, καὶ εἶπε τῶν ἀποστόλων "δότε καὶ ἐμὲ τὴν ἐξουσίαν ταύτην, ἵνα εἰς ἐκεῖνον, ὁποῦ βάλω τὰ χερία μου, νὰ ἔρχεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον." ὁ δὲ ἀπόστολος Πέτρος εἶπε πρὸς αὐτὸν "τὸ ἀργύριόν σου" ἤγουν τὰ φλωρία σου "καὶ ἐσὺ νὰ ἦσε ἀφωρισμένος καὶ ἀναθεματισμένος εἰς τὴν ἀπώλειαν τοῦ αἰωνίου πυρός, διότι ἐλογίασες, τὸ χάρισμα τοῦ θεοῦ δίδεται

quo hi suis locis, pro dignitate muneris sui ecclesiastici quisque, consederunt patriarchae faciendi causa. tunc una eademque mente et voce decretum ibi ab eis factum est, quo Simonis scelestissimum impietatisque plenum vitium excindebatur, videlicet ne ullam caperent in designationibus pecuniam, sed divinorum et sacrorum canonum, vicesimi noni et trigesimi, sententiam inviolatam retinerent. quodsi ullus, quicunque esset, praesulum hos canones transiret, iam tum per se functione muneris sui deiectum esse nihilominus tamen embaticium (doni nescio quid, quod initio daretur) accipi permisere o indulgentiam poenis dignam malae arboris decussere folia, et ramos exciderunt, atque ipsam adeo arborem: sed radicem reliquerunt. quod dico, hoc est. nundinationem quidem Simoniacam ordinationum amputarunt sed radicem, nempe munus quod initio datur, reliquerunt, ut scilicet ne deesset causa rursus germinandi et crescendi punitionis apud inferos arbori. audite quid in libro actorum apostolorum dicatur. cum vidisset autem Simon per impositionem manuum apostolorum dari spiritum sanctum, obtulit eis pecunias, ac dixit "date et mihi potestatem, ut ad illum, cuicunque manus meas imposuero, veniat sanctus spiritus." Petrus vero dixit ei pecuniae tuae et tu sitis a communione piorum segregati et in exitium aeterni ignis execrati,

μὲ φλωρία." οὐαὶ οὐαὶ εἰς ἐκείνους τοὺς ἀρχιερεῖς ὁποῦ πωλοῦν τὴν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος καὶ λαμβάνουν φλωρία. ὅμως νὰ ἔλθωμεν εἰς τὸ προκείμενον.

ΜΗΤΡΟΦΑΝΗΣ μητροπολίτης Καισαρείας.

Καθήραντες ἡ σύνοδος τῶν ἀρχιερέων, ὡς εἴπαμε, τὸν πατριάρχην κύριν Ἰωάσαφ, ἐψήφισαν τοῦτον τὸν Καισαρείας πατριάρχην· καὶ δώσαντες αὐτοῦ τὸ μικρὸν μήνυμα καὶ τὸ μέγα, ἔλαβε τὸν πατριαρχικὸν θρόνον. λοιπὸν τινὲς ἀρχιερεῖς ἐπὶ τῆς πατριαρχείας τούτου δὲν ἔπερναν φλωρία νὰ κάμουν ἱερεῖς· μόνον τὸ ἐμβατίκιον τοῦ ἔπερνε, ὡσὰν ἤθελε τὸν ἑκάμη ἱερέαν, καὶ τοῦ ἔδιδεν ἐκκλησία. καὶ ἀκούσατε τί ἐμπατίκη ἔπερναν τινὲς ἀρχιερεῖς. ἔσοντας εἰς τὴν χειροτονίαν ὁποῦ δὲν ἔπερναν φλωρία, διὰ νὰ μηδὲν παρέβουν τὴν 176 ἀπόφασιν τῶν θείων νόμων καὶ τῶν ἀρχιερέων, καὶ διὰ νὰ μηδὲν κατακριθοῦν μὲ τὸν Σίμων τὸν μάγον, ἔπερναν τὸ ἐμβατίκιον διπλόν, καὶ δὲν εἶχαν καμίαν ζημίαν ἀπὸ τὴν πραγματεία τούς· μόνον ἐρχόντησαν πάλιν εἰς τὴν πρώτην ἀπόλαυσιν τοῦ μαμωνᾶ. οὐαὶ οὐαί. δὲν γελᾶται ὁ θεός, οὐδὲ πρόσωπον ἐβλέπη, οὔτε βασιλέως οὔτε ἄρχοντος οὔτε ἀρχιερέως οὔτε ἄλλου τινός· ἀμὴ τοῦ καθ' ἑνὸς ἀποδίδει κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ ὡσὰν θεὺς δίκαιος.

quod gratiam dei putastis dari pecuniis," vae vae istis pontificibus, qui, quae gratis dantur a spiritu sancto, pecuniis vendunt. verum ad institutam narrationem redeamus.

XXIV. P. METROPHANES, Caesareae metropolita.

Exturbato ad hunc quem diximus modum patriarchica sede in pontificum consessu Ioasapho, suffragiis eorundem designatus est Caesariensis patriarcha. successitque is, utraque significatione accepta in sublimi throno. ceterum sub huius patriarchatu fuerunt quidam pontifices, qui non accipiebant ob sacerdotes creandos pecuniam: sed tantum embaticium aliquis capiebat, quando sacerdotem aliquem faceret, dante id ecclesia. atque cognoscite, quaeso, quodnam embaticium quidam eorum acceperint. cum in ipsa ordinatione nullos caperent nummos, ut ne sanctionem sacrarum legum et antistitum transirent, neu eodem cum Simone mago crimine condemnarentur, capiebant exinde duplum embaticium. ita e tali nundinatione nihil eis decedebat, sed ad idem satiandae avaritiae suae principium redibant. vae vae illis. non patitur se irrideri deus, neque in personam intuetur nec regis nec principis nec pontificis nec cuiusquam alius: verum singulis secundum facta sua gratiam refert, quippe deus iustus.

Ὅμως ὁ αὐτὸς πατριάρχης ἔκαμε παραίτησιν ἐγγράφως τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου καὶ τῆς ἀρχιερωσύνης, εἰς τὰς τέσσαρας τοῦ Μαΐου μηνός, ἡμέρᾳ κυριακῇ, μετὰ τὴν χειροτονίαν τοῦ Νικομηδείας. καὶ λαβόντες αὐτὴν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ κληρικοὶ ἔβαλαν εἰς τὸν κώδικα τῆς μεγάλης ἐκκλησίας.

Πατριαρχεύοντος δὲ τούτου τοῦ κυροῦ Μητροφάνους ἀπέθανεν ὁ σουλτᾶν Σουλειμάνης, βασιλεὺς τέταρτος· καὶ ἐβασίλευσε χρόνους σαρανταεπτά. καὶ ἐπὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἔγιναν αὐτοὶ πατριάρχαι ὁποῦ ἐγράψαμεν.

Ὁ κύρις Ἱερεμίας, ὁποῦ ἦτον μητροπολίτης Σοφίας.

Καὶ ὁ κύρις Διονύσιος, ὁποῦ ἦτον μητροπολίτης Νικομηδείας.

Καὶ ὁ κύρις Ἰωάσαφ, ὁποῦ ἦτον μητροπολίτης Ἀδριανουπόλεως.

Καὶ ὁ αὐτὸς κύρις Μητροφάνης, ὁποῦ ἦτον μητροπολίτης Καισαρείας.

Καὶ ὡσὰν ἀπέθανεν ὁ αὐτὸς σουλτᾶν Σουλεϊμάνης, ἔγινε βασιλεὺς ὁ υἱὸς αὐτοῦ, σουλτᾶν Σελήμης. καὶ ἐπὶ τῆς βασιλείας τούτου ἔκαμε παραίτησιν ὁ αὐτὸς κύρις Μητροφάνης.

Ὅμως εὑρέθησαν τινὲς ἀρχιερεῖς ἐδῶ εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, τὸν ἀριθμὸν ἕως εἴκοσι, καὶ ἐπέκειτα. καὶ συνόδου γενομένης ἐκάθισαν μετὰ τῶν τιμιωτάτων κληρικῶν, διὰ

Idem dehinc patriarcha scripto resignavit patriarchicum solium et pontificatum, ad quartum nonas Maii, die dominica, post Nicomediae praesulis designationem. eam resignationem pontifices et clerici acceptam in codicem magnae ecclesiae rettulere.

Sub hoc patriarcha Metrophane, rebus humanis exemptus est sultanus Suleimanes, rex quartus urbis, postquam 47 annos regnum administravit. eo regnante fuerunt hi patriarchae, quos subiecimus.

I. Hieremias, qui fuerat metropolita Sophiae.
II. Dionysius, metropolita Nicomediae.
III. Ioasaphus, metropolita Adrianopoleos.
IV. Metrophanes, qui metropoliten Caesareae egerat.

Suleimanae mortuo, successit in regno filius suus Selimes, quo imperante resignationem fecit praedictus Metrophanes.

Tunc contigit hic esse in magna ecclesia aliquot pontifices, numero viginti aut amplius. synodoque habita consedere cum honoratissimo clericorum coetu, ut eligerent patriarcham, corpore et animo

νὰ ἐκλέξουν πατριάρχην, πρόσωπον καὶ ἄξιον τοῦ ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Χριστοῦ ὀρθῶς καὶ δικαίως, ὡς εἰκόνα ἔμψυχος αὐτοῦ. καὶ ὁμοφώνως ἔκλεξαν καὶ ἐψήφισαν τὸν πανιερώτατον καὶ θεοκόσμητον μητροπολίτην Λαρίσσης, κύριν Ἱερεμίαν, ἀρχιερέαν δίκαιον, ἄμεμπτον, ἀληθινὸν θεοσεβήν, 177 ἐλεήμονα, ὅσιον, ἄκακον καὶ ἀμίαντον. καὶ ἰδού, ἐπληρώθη τὸ ῥητὸν τοῦ θείου Παύλου, ὅπου γράφει πρὸς Ἑβραίους "ἀδελφοί, τοιοῦτος ἡμῖν ἔπρεπεν ἀρχιερεύς" καὶ τὰ ἑξῆς· ἔδωκαν δὲ αὐτοῦ τὸ μικρὸν μήνυμα.

ΙΕΡΕΜΙΑΣ μητροπολίτης Λαρίσσης.

Ὥρᾳ δὲ τοῦ ἑσπερινοῦ ἔκαμαν εὐλογητὸν κατὰ τὴν τάξιν, καὶ ἀργῶς καὶ μετὰ μέλους ἔψαλλον τὸν ἑσπερινόν, συνηγμένων τῶν πανιερωτάτων μητροπολιτῶν, τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, τῶν τιμιωτάτων κληρικῶν, τῶν εὐγενεστάτων ἀρχόντων τῆς πόλις καὶ τοῦ Γαλατᾶ, καὶ παντὸς τοῦ Χριστωνύμου λαοῦ. καὶ ἐβάστουν ὅλοι λαμπάδας ἀναμένας ἐπὶ χεῖρας. καὶ μετὰ τὴν τελείωσιν τοῦ ἑσπερινοῦ ὁ τιμιώτατος μέγας οἰκονόμος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ὁ ἐν ἱερεῦσι κύρις Ἀναστάσιος, ὡς πρῶτος τῶν κληρικῶν, ἐστάθη εἰς τὸ μέσον τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ ἐξεφώνησε μεγαλοφώνως τὸ μέγα μήνυμα πρὸς τὸν ἅγιον τὸν Λαρίσσης, τὸν ἄνωθεν ὑποψήφιον, ὁ ὁποῖος

dignum qui pasceret ecclesiam Christi recte et iuste, tanquam viva ipsius imago. consentientibus igitur suffragiis legerunt sacratissimum et divinis dotibus exornatum metropolitam Larissae, D. Hieremiam, pontificem iustum, vitae inculpatae, verum, pium, misericordem, sanctum, innocentem, labis expertem. ut iam factum sit id quod D. Paulus ad Hebraeos scribit, "fratres, talis nos decebat pontifex," et quae sequuntur. tunc dederunt ei indicium voluntatis suae minus.

XXV. P. HIEREMIAS metropolita Larissae.

Hora deinde vespertina benedictionem ex ritu et more obierunt, atque graviter et concinne cecinerunt vespertinum, congregato coetu sacratissimorum metropolitarum, devotissimorum deo episcoporum, honoratissimorum clericorum et nobilissimorum urbis Galataeque procerum, omnis denique Christi nomen gerentis populi; gestabantque manibus singulo cereos accensos. vespertino absoluto reverendus magnae ecclesiae magnus oeconomus, e sacerdotum collegio Anastasius, stetit, ut princeps clericorum, in medio magnae ecclesiae et magna voce pronuntiavit magnum indicium, facie ad san-

ἐστέκετον εἰς τὰ θύρη τοῦ ἁγίου βήματος, φορεμένος μετὰ τοῦ πατριαρχικοῦ μανδύου καὶ ἐπιτραχηλίου καὶ ὠμοφορίου· καὶ εἶπεν αὐτοῦ "ἡ θεία καὶ ἱερὰ σύνοδος τῶν πανιερωτάτων μητροπολιτῶν, τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, τῶν τιμιωτάτων κληρικῶν, τῶν εὐγενεστάτων ἀρχόντων καὶ παντὸς τοῦ Χριστωνύμου λαοῦ προσκαλοῦνται τὴν ἀρχιερωσύνη σου, ἀπὸ τὸν θρόνον τῆς ἁγιωτάτης μητροπόλεως Λαρίσσης, εἰς τὸν ὑψηλότατον καὶ μέγαν θρόνον τὸν πατριαρχικὸν τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Χριστοῦ μεγάλης ἐκκλησίας." τότε ὁ πατριάρχης ἔκαμε τὴν εὐχαριστίαν κατὰ τὴν τάξιν, καὶ οὕτως ἔλαβε τὸ πατριαρχικὸν δικανίκιον. καὶ οἱ ἀρχιερεῖς, ἕνας καὶ ἕνας κατὰ βαθμόν, ὑπῆγαν καὶ ἐφίλησαν τὴν χεῖραν αὐτοῦ· καὶ εὐλόγει αὐτούς. καὶ ἔλαβαν αὐτὸν ψάλλοντα τὸ "βασιλεῦ οὐράνιε, παράκλητε, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας," καὶ εἰς τὸν ὑψηλότατον μέγαν θρόνον τὸν πατριαρχικὸν τὸν ἀνέβασαν. καὶ ἔτρεχαν οἱ Χριστιανοί, ἱερωμένοι καὶ κοσμικοί, μετὰ πάσης χαρᾶς καὶ εὐλαβείας, καὶ ἐπροσκύνουν αὐτόν, καὶ ἐλάμβαναν εὐλογίαν. καὶ ὡς ἐπροσκύνησεν ὁ λαὸς ὅλος, εὐγῆκεν ὁ λαός, εὐγῆκεν ὁ παπιάρχης ἔξω τοῦ ναοῦ· καὶ ἐσταμάτισεν ὡς
178 σύνηθες, καὶ εὐλόγησε πάντας. καὶ οὕτως ὑπῆγε, καὶ ἀνέβη εἰς τὸ θεῖον κελλίον αὐτοῦ, τὸ πατριαρχικόν. ὃν πολυχρόνιον ποιήσαι κύριος ὁ θεὸς τοῦ ποιμαίνειν τὴν τοῦ θεοῦ με-

ctum Larissaeum, quem supra suffragiis factum patriarcham diximus, conversa. stabat enim is ad fores sacrarii amictus patriarchico pallio et collari et superhumerali. ei haec, quae subiecta sunt, dixit. divina et sacra synodus sacratissimorum metropolitarum, devotissimorum episcoporum honoratissimorum clericorum et nobilissimorum procerum totiusque Christiani populi accersivit tuam pontificiam dignitatem, e throno sanctissimae metropolis Larissae, in hunc altissimum et magnum patriarchicum sanctissimae magnae Christi ecclesiae thronum." tunc patriarcha novus gratiarum actionem fecitsolenni ritu, et exinde accepit patriarchicae iurisdictionis pedum. tum pontifices singulatim, pro dignitatis suae gradu quisque accesserunt eiusque manum exosculati sunt; et ipse fausta feliciaque eis precatus est. postea duxerunt eum secum, canentem "rex caelestis, paraclete, spiritus veritatis," et in celsissimo magnoque patriarchico throno constituerunt, magno Christianorum tam secularis quam sacrati ordinis (gaudio et affectu pio exultantium, reverenter gratulantium et faustam precationem accipientium) concursu et frequentia. post debitum illi honorem exhibitum exivit populus, exivit patriarcha e templo; ipseque stans ut moris est, bene precatus est omnibus. tum abiens ascendit in S. suam patriarchicam cellam; cui longam vitam et administrationem largiatur

γάλην ἐκκλησίαν ἐν πάσῃ ὑγείᾳ ψυχῆς τε καὶ σώματος, καὶ ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας εἰς ὠφέλειαν τοῦ χριστωνύμου λαοῦ. ἀνήχθη δὲ εἰς τὸν ὑψηλότατον πατριαρχικὸν θρόνον κατὰ τῷ ἑπτακισχιλιοστῷ ὀγδοηκοστῷ χρόνῳ ἀπὸ κτίσεως κόσμου, μηνὶ Μαΐῳ πέμπτῃ. ἡ πρώτη δὲ λειτουργία τῆς αὐτοῦ παναγιότητος ἐγένετο ἐν τῇ ἑορτῇ τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου ἀναλήψεως τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς τὰς δεκαπέντε τοῦ αὐτοῦ μηνός, γενομένης παρρησίας μεγάλης καὶ συνάξεως ἀρχιερέων κληρικῶν καὶ ἀρχόντων καὶ ἄλλων πολλῶν Χριστιανῶν. καὶ ἐπὶ τὴν ἀΰριον ἔλαβε τὸ πεσκέσιον, ταῖς δύο χιλιάδες τὰ φλωρία, καὶ ὑπῆγεν εἰς τὸν τεντερτέρη, καὶ τὰ ἐπαρέδωκεν εἰς τὸν χαζανᾶν τῆς βασιλείας. τότε ὁ τεντερτέρης ἔλαβε τὸν πατριάρχην· καὶ ὑπῆγε καὶ ἐφίλησε τοῦ βασιλέως τὴν χεῖρα, κατὰ τὴν εὐεργεσίαν ὁποῦ ἔχουν οἱ πατριάρχαι ἀπὸ τὸν καιρὸν τοῦ σουλτᾶν Μεχεμέτη, τοῦ πρώτου βασιλέως ὁποῦ ἐπῆρε τὴν πόλιν, ὅτι, ὅποιος γένει πατριάρχης, νὰ φιλεῖ τοῦ βασιλέως τὴν χεῖρα. καὶ ἔτζη ὥρισεν ὁ βασιλεύς, καὶ ἔλαβε μπαράτιον ἀπ' αὐτοῦ· καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν τοῦ ἔδωκε καὶ δεσποτείαν εἰς πάσας τοὺς εὐσεβεῖς Χριστιανούς, ἱερωμένους καὶ λαϊκούς, καὶ νὰ κάμῃ κατὰ τὸν νόμον καὶ τὴν πίστιν αὐτοῦ, νὰ μὴ δὲν ἔχει κανένα ἐμπόδιον ὑπό τινος. ἦτον δὲ τότε βασιλεὺς αὐτός, ὁποῦ εἴπαμεν, ὁ σουλτᾶν Σελήμης.

Καὶ ὡς ἔλαβεν ὁ πατριάρχης τὸ βασιλικὸν μπαράτιον,

dominus deus noster, ut pascat magnam ipsius ecclesiam in omnes partes corpore animoque valens, recte secundo verbum veritatis, ad communem Christiani populi utilitatem. evectus autem est in excelsum et illustrem huius dignitatis locum anno conditi orbis supra septies millesimo octogesimo tertio nonas Maii. primam sanctitas eius liturgiam habuit die festo sanctae et gloriosae ascensionis domini nostri Iesu Christi, decimo quinto eiusdem mensis die, magna celebritate et frequentia pontificum et clericorum, primorum aliorumque multorum piorum. sequenti die accepit pescesium, duo milia aureorum, profectusque ad quaestorem ea in aerarium regis intulit. tunc patriarcham quaestor ad regem deduxit; cuius manum ille deosculatus est, concessu et beneficio quod habent patriarchae iam inde a tempore sultani Mechemetae, primi regis qui urbem cepit; quo licet, quicunque patriarcha factus fuerit, regiam manum deosculari. tunc confirmationem a rege accepit, omnemque potestatem et ius in omnes pios utriusque ordinis, sacri et laici, ut posset agere ex praescripto religionis suae, nemine impediente. imperabat tunc Selimes, cuius antea mentionem fecimus.

Accepto itaque regio patriarcha permissu et potestate sedit in

ἐκάθισεν εἰς κριτήριον, καὶ ὡς οἰκουμενικὸς πατριάρχης πάντας ἔκρινε, καὶ κρίνει ὡς χριστομίμητος, καὶ πρόσωπον ἀνθρώπου δὲν ἐβλέβη, ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνει. καὶ ὁ κόσμος ἀγάλλεται καὶ εὐφραίνεται εἰς τὴν αὐτοῦ παναγιότητα· καὶ τὸν Θεὸν ὕμνοῦν καὶ δοξάζουν πάντες οἱ εὐσεβεῖς, νέοι καὶ γέροντες, ὅποῦ τοὺς ἔδωκε τοιοῦτον ἀγαθὸν ποιμένα καὶ δίκαιον.

Λοιπὸν θείῳ ζήλῳ κινηθεὶς ἠθέλησε νὰ ὀρθοτομήσει τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Χριστοῦ, ὡς αὐτοῦ μιμητής, ἤγουν νὰ εὐγάλῃ καὶ νὰ ἐξεριζώσῃ παντάπασι τὸ κακὸν δένδρον, τὸ σεσαπημένον, τῆς κολάσεως, νὰ κόψῃ τοὺς κλάδους καὶ τὸ δένδρον, καὶ τὴν ῥίζαν νὰ ἐξανασπάσῃ, καὶ νὰ τὴν ἐκάψῃ εἰς τὴν φωτίαν, νὰ μηδὲν φαίνεται παντάπασιν, οὐδὲ νὰ φυτευθῇ πλέον. λέγω τὸ παρανομώτατον καὶ διαβολικὸν ἔργον τὸ Σιμωνιακόν. καὶ ἐπὶ τοῦ ἱεροῦ κριτηρίου καθίσας ὡς κοινὸς δεσπότης ὅλης τῆς οἰκουμένης, φορῶν τὸ ἱερὸν μανδῦον μετὰ τῶν ποταμῶν, καὶ τὸ πατριαρχικὸν δικανίκιον ἐπὶ χεῖρας ἔχων, καὶ συνόδου γενομένης μετὰ τῶν τότε καθευρεθέντων πανιερωτάτων μητροπολιτῶν, τοῦ τε Ἡρακλείας, τοῦ Νικαίας, τοῦ Νικομηδείας, τοῦ Χαλκηδόνος, τοῦ Θεσσαλονίκης, τοῦ Προύσης, τοῦ Ἀμασίας, τοῦ Μονεμβασίας, τοῦ Βερροίας, τοῦ παλαιῶν Πατρῶν, τοῦ Σερρῶν, τοῦ Λαρίσσης, τοῦ Ἰωαννίνων, τοῦ Μελενίκου, τοῦ Λήμνου, τοῦ Βιζύης, τοῦ Λαζίας, τοῦ Ἰσχανίου, καὶ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, τοῦ Ῥαιδε-

179

tribunali, proque iure oecumenici patriarchae omnibus dicere uis coepit, et dicit ut Christi imitatore dignum est, non enim ad personam ullius respicit, sed iustas sententias pronuntiat. hinc laetistia homines afficiuntur, et virtute sanctitatis eius exultant. celebrant deum et laudibus efferunt cuncti pii, tam iuvenes quam senes, quod ipsis tam bonum et iustum dederit pastorem.

Ceterum divino quodam zelo motus emendationem ecclesiae Christi, ut imitator eius, ceu artificiosam sectionem suscipiendam sibi iudicavit, scilicet ut educeret et radicitus eyelleret undique malam illam et putridam inferorum arborem; ut excideret ramos et truncum, atque ipsam adeo radicem extraheret, et in ignem coniiciens ita combureret ut plane non amplius conspiceretur nec posthac iterum plantaretur. loquor de nefario et diabolico Simoniae vitio. itaque in sacro tribunali sedit ut communis dominus orbis terrarum, gestans sacrum illud cum fimbriis pallium, et patriarchicum sceptrum manu tenens. synodus agebatur sacratissimorum, qui forte tunc aderant, metropolitarum, Heracleensis, Nicaeni, Nicomediensis, Chalcedonensis, Thessalonicensis, Prusaei, Amasiani, Monembasiatae, Berrhoeensis, Priscipatrensis, Serrhensis, Larissaei, Ioanninensis, Melenicensis, Lem-

στρου, τοῦ Μυριοφύτου, τοῦ Μέτρων καὶ τοῦ Τζερουλοῦ, καὶ τῶν τιμιωτάτων κληρικῶν· καὶ ἐπρόσφεραν τὸν εἰκοστὸν ἔνατον κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ τὸν τριακοστόν, οἳ ὁποῖοι ἀποφήνουν ὅτι, ὅποιος γένει ἀρχιερεὺς ἢ ἱερεὺς ἢ διάκων μὲ φλωρία, ἢ ἄλλο χάρισμα ἐκκλησιαστικὸν νὰ ἐπάρῃ, νὰ καθήρεται ὁ ἀρχιερεὺς ἐκεῖνος ὁποῦ ἔκαμε τὴν χειροτονίαν, ὁμοίως καὶ ἐκεῖνος ὁποῦ ἐχειροτονήθη. καὶ οὐ μόνον νὰ καθήρονται οἱ αὐτοί, ἀμὴ καὶ νὰ χωρίζονται τῆς ἁγίας κοινωνίας τῶν Χριστιανῶν, ὡς Σίμων ὁ μάγος ὑπ ἐμοῦ Πέτρου.

Εἴπωμεν καὶ περὶ τοῦ ἐμβατικίου.

Γράφει ὁ μέγας Βασίλειος πρὸς τοὺς ἐπισκόπους αὐτοῦ ὅτι νὰ μηδὲν λαμβάνουν φλωρία καὶ κάμνουν χειροτονίας, καὶ θέλουν καθηρεθῆ. εἰς αὐτὸ γράφει καὶ περὶ τοῦ ἐμβατικίου, ὁποῦ λαμβάνουν τὴν σήμερον μερικοὶ ἀρχιερεῖς. ὅμως ὁ Θεῖος Ζωναρᾶς ἐξηγεῖται ταύτην τὴν ἔννοιαν καταλεπτῶς, καὶ λέγει ὅτι ἐκεῖνοι ὁποῦ πωλοῦν τὴν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος, διὰ φιλαργυρίαν τὸ κάμνουν, ἡ ὁποία φιλαργυρία ἔναι ῥίζα πάντων τῶν κακῶν, καὶ ὀνομάζεται εἰδωλολατρεία, διότι προτιμάει τὰ εἴδωλα πλεῖον παρὰ τὸν Θεόν, καὶ μιμεῖται τὸν Ἰούδαν. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος, διὰ νὰ κερδήσει τὰ ἀργύρια, ἐπαρέδωκε τὸν Χριστόν, οὕτως καὶ μερικοὶ ἀρχιερεῖς παραδίδουν μὲ τὸ ἴδιόν τους θέλημα δευτέραν προδο-

nii, Bizyensis, Laziaei et Ischnaniensis, devotissimorum item episcoporum, Rhaedestini, Myriophytensis, Metrensis et Tzerulensis, nec non venerabilium clericorum. tunc allegati sunt vigesimus nonus et trigesimus canones sanctorum apostolorum, quibus hoc sanctum est, si quis, quicunque fuerit, fiat pontifex aut sacerdos aut diaconus pecuniae interventu, aut aliud ecclesiasticum munus accipiat, deiici officio suo tum ipsum pontificem designatorem, tum alterum, qui designatus sit; nec vero deiici solum tales, sed etiam e sacra communione piorum examinari, sicut Simoni mago a D. D. Petro acciderit.

Dicamus et de embaticio.

Scribit D. Basilius ad episcopos suos, ne ullo pacto pecuniae causa faciant ordinationes, nec exinde deiiciantur. scribit ibi et de embaticio, quod hodie pontifices quidam accipere non verentur. D. Zonaras, sententiae huius expositor subtilis et diligens, dicit "illi, qui vendunt gratiam sancti spiritus, per avaritiam id faciunt. quae avaritia est radix omnium malorum, et nominatur idololatria eo quod anteponit idola deo, magis ea honorans, et imitatur Iudam. ut enim ille ob lucrifaciendos argenteos prodidit Christum, ita et nonnulli pontifices sua voluntate denuo Christum produnt, qui semel pro salute nostra in crucem sublatus fuit. in tantum enim imitantur Iudam tales pontifices, qui dona vendunt spiritus, ut et loca quae tali pe-

σίαν τὸν Χριστόν, ὁ ὁποῖος ἅπαξ ἐσταυρώθη ὑπὲρ ἡμῶν. εἰς τόσον γὰρ μιμοῦνται τὸν Ἰούδαν ἐκεῖνοι οἱ ἀρχιερεῖς ὁποῦ πωλοῦν τὰ χαρίσματα τοῦ πνεύματος, ὅτι καὶ οἱ τόποι ὁποῦ ἀγοράζονται μετὰ τοιαῦτα ἀργύρια, ἤγουν αἱ ἐνορίαι καὶ τᾶ
180 χωρία εἰς τὰ ὁποῖα κυριεύουν ἤτοι ἐνορεύουν οἱ χειροτονού- 5
μενοι, καὶ τὰ χέρια ὁποῦ δέχονται τοὺς καρπούς, τουτέστι τὰ εἰσοδήματα, ἀκελδαμᾶ θέλουν ὀνομασθῆ. τὸ ὁποῖον ἀκελδαμᾶ ἔναι λέξις Ἑβραϊκή, καὶ ἑρμηνεύεται Ἑλληνικὰ χωρίον αἵματος· ἐλέχθη δὲ ἐν τῇ βίβλῳ τῶν πράξεων. τοῦτο γοῦν ἔναι ὁποὺ λέγει, ὅτι, ὥσπερ ὁ τόπος ὁποῦ ἀγοράσθη μετὰ ἀργύρια ἐκεῖνα 10
ὁποῦ ἐπωλήθη ὁ Χριστὸς παρὰ τοῦ Ἰούδα, ὁ ἀγρὸς ἤγουν τὸ χωράφη τοῦ κεραμέως, καὶ ἀγορασθεὶς μετ' αὐτὰ τὰ ἀργύρια ἐλογίσθη καὶ ὀνομάσθη τιμὴ αἵματος, τοιουτοτρόπως καὶ τὰ λαμβανόμενα ἀργύρια παρὰ τῶν πωλούντων τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, καὶ αἱ ἐνορίαι καὶ αἱ χῶραι, τουτέστι τὰ χωρία 15
ὁποῦ ἔχουν τὰς ἐνορίας, τὰς ὁποίας ἀγοράζουν οἱ χειροτονούμενοι ἱερεῖς ἀπὸ τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ δίδουν φλωρία ἤγουν ἐμβατίκια, τιμὴ αἵματος θέλουν ἦσθαι καὶ θέλουν ὀνομάζεσθαι.

Καὶ ὡς ἀνεγνώσθησαν αἱ ἄνωθεν ἀποστολικαὶ κανόναι, καὶ τοῦ μεγάλου Βασιλείου, ἔγραψαν τόμον εἰς τὸν κώδικα· 20
καὶ ὑπεγράφη παρ' αὐτοῦ τοῦ κοινοῦ δεσπότου, τοῦ παναγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου, καὶ παρὰ τῶν ἄνωθεν ἁγιωτάτων ἀρχιερέων, ὅτι, ὅποιος ἀπὸ τοὺς ἀρχιερεῖς παρέβη τοὺς θείους ἄνωθεν κανόνας, νὰ εἶναι καθῃρημένος. καὶ τῇ

cunia emuntur, nempe parochiae et dioeceses, quibus cum potestate praesunt illi ordinati sive designati, et ipsae manus quae accipiunt fructus seu reditus, iure Hebraice aceldama, Latine ager sanguinis appellitentur, quae vox cap. I rerum ab apostolis gestarum exstat." sententia certe eius quod dicit haec est. quemadmodum locus qui argenteis illis, quibus domini proditio ab Iuda conflata, emptus est, ager scilicet ille figuli, et ipsi argentei, quibus is emptus est, reputati sunt et appellati pretium sanguinis, eodem modo etiam pecuniae, quas accipiunt illi cauponatores gratiae dei, et parochiae atque loca parochiarum, quas auro videlicet embaticio sibi comparant sacerdotes, qui a pontificibus ordinantur, merito pretium sanguinis ut sunt, ita etiam nominantur.

ἐπιπηδᾷ κατ' αὐτοῦ Βογκόης ὁ Σερβαλβανιτοβουλγαρόβλαχος, καὶ τὸν Σγοῦρον ἐκπέμπει, τοὺς δὲ τοπικοὺς τῶν ἐντίμων ὑπούλως καὶ δολερῶς πάντας ἐψιθύριζε, καὶ αὐτοὺς ἀποκλείσας εἰς ἀφανισμὸν καὶ φθοράς, οἴμοι, τὰ ἑαυτῶν κτήματα ἐποίησεν, ἕως οὗ καὶ εἰς ἐξορίαν αὐτοὺς ἐξέπεμψεν. ὢ πῶς ἀδακρυτὶ τὴν τούτων ὑπενέγκω γνώμην καὶ στέρησιν; Ἀκαρνανία κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς, καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, διότι οὐκ εἰσί. δάκρυσι δὲ ταῦτα γέγραφα, οὐ μέλανι· τοῦτο γὰρ πέφυκεν ἀγάπης πληρεστάτης, τὸ χαίρειν μετὰ χαιρόντων καὶ συμπενθεῖν μετὰ πενθούντων. ἀλλὰ προσκυνῶ, Χριστέ, τὰς κρίσεις σου, αὐτὰς δὲ οὐκ ἐξετάζω· ὅτι σοὶ δόξα πρέπει, μονογενὲς υἱὲ θεοῦ τοῦ προανάρχου, σὺν τῷ σῷ πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι νῦν, καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

[Ἴξευρε, ὦ ἀναγνῶστα, ὅτι Ἀϊδονάτον ἡ Παραμυθία ὀνομάζεται.]

[Ἔτει 6910, ἰνδικτιῶνος 1, μηνὶ Ἰανουαρίῳ, ἀπὸ δὲ Χριστοῦ 1402, τὴν ἡμέραν τῶν ἁγίων Θεοφανείων, ἐξερχομένων τῶν Χριστιανῶν τὸ πρωῒ μετὰ λιτανείας, καὶ τελεσάντων τὸν ἁγιασμὸν κατὰ τὸ σύνηθες εἰς τοῦ Λιβαδιώτη, εἶτα εἰσερχομένων ἐντὸς τῆς πόλεως, ἐξαίφνης ἐχάλασε τὸ μετάρσιον τὸ ἔμπροσθεν τοῦ γουλᾶ, ἐπὶ τοῦ ὁποίου ἦσαν πολλαὶ ἀρχόντισσαι, καὶ ἔπεσεν ἡ αὐθεντοποῦλα κυρία Μανδελίνα, μετ' αὐτῆς καὶ ἡ Καυσοκαβάδαινα, καὶ τῷ θανάτῳ παρεδό-

bat, eorumque in vincula datorum bona heu! delevit et vastavit, donec in exilium quoque eos misit. heu! quomodo sine lacrimis horum iudicium et iacturam proferre possum? Acarnania liberos suos lugebat, neque locum dedit consolationi, cum iam non essent. lacrimis haec scripsi, neque vero atramento, hoc enim est proprium amoris maximi, laetari cum laetis, et dolere cum dolentibus. sed voluntatem tuam, Christe, veneror, in quam non inquiram, cum tibi gloria adsit, unice fili dei ex aeternitate dominantis, et patri tuo et persancto et bono et vitam creanti tuo spiritui, nunc et semper et in infinita saecula saeculorum. amen!

[Animadvertas, lector, Aidonatum vocari Paramythiam.

Anno 6910, indictionis 1, mense Ianuario, p. Chr. n. 1402, die sancti festi Theophaniorum, cum Christiani mane cum precibus exissent, et more consueto cultum divinum exercuissent in Libadiota, et deinde urbem intrarent, subito, quod est ante turrim, suggestum concidit, in quo erant multae imperatrices, et decidit regina nobilis Mandelina, cumque ea etiam Causocabadaena, et morti occubuerunt, et

θησαν, καὶ ἑτέρα γυνή, ἥτις ἐσώθη· αἱ ὁποῖαι ἔβλεπον ἐνάντια τὸν ἁγιασμόν. ἐκρεμάσθη δὲ καὶ τὸ παιδίον τοῦ Ζιρίδδου ἕως μισὴν ὥραν· κρεμαμενον δὲ βλέποντες αὐτὸ ὁ λαός, ἔκραζον μετὰ φόβου καὶ τρόμου πολλοῦ τὸ κύριε ἐλέησον, ἕως οὗ ἐσώθη.]

alia muliér, quae tamen servata est, quae quidem cultum divinum coram videbant: pendebat etiam filia Ziridi usque ad meridiem, quam eum pendentem videret populus, multo cum metu et terrore exclamavit: domine, miserare nos (kyrie eleeson), donec servata est.]

III.

Σύνοψις ἱστορίας τῶν Ὀθομανῶν βασιλέων, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς αὐτῶν ἕως τῆς βασιλείας τοῦ Μουράτ, ἐν ᾧ καὶ ἡ τῶν Ἰωαννίνων παράδοσις, καὶ ἑτέρων ἱστοριῶν.

Ἐδὼ γράφομεν ὅτι ἀπὸ τὰ 1299 *ἔτη τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐνανθρωπήσεως ἄρχισε τὸ ὄνομα τῶν Ὀθομανῶν ἀπὸ τὸν ἀρχηγὸν αὐτῶν Ὀθμάν. οὗτος ἔγινε πρῶτος αὐθέντης τῶν Τούρκων καθολικός, καὶ ἀπ' αὐτὸν ἄρχισεν ἡ ἡγεμονία αὐτῶν, ἥτις διαρκεῖ ἕως τὴν σήμερον, ἀκολουθοῦσα κατὰ διαδοχὴν εἰς τὴν γενεὰν τοῦ Ὀθμάν: οὔτε εὑρέθη ποτὲ ἄλλη γενεὰ νὰ γένῃ ἐναντία ταύτης. ὁ Ὀθμὰν ἦτον φρόνιμος καὶ μεγαλόψυχος καὶ εὐτυχὴς πολλά· ἐσύστησε στρατεύματα ἀνδρεῖα, καὶ ἐπῆρε πολλὰ καὶ δυνατὰ κάστρα τῶν Ῥωμαίων, μάλιστα πρὸς τὴν μαύρην θάλασσαν. ἐβασίλευσε δὲ χρόνους* 28, *καὶ ἀπέθανεν εἰς τὰ* 1327 *ἀπὸ Χριστοῦ γεννήσεως.*

III.

Adumbratio historiae regum Othomanum, inde ab origine imperii usque ad regnum Muratis, cuius tempore etiam Ioanninae deditio facta est, aliarumque historiarum.

Hic narramus, inde ab anno 1299 p. Chr. n. dominari coepisse nomen Othomanum ab Othmane eorum duce appellatorum. hic enim primus fuit imperator Turcarum generalis, et inde ab eo dominatio eorum incipit, quae adhuc suppetit, tradita successione in Othmanis genere, neque inventum est unquam aliud genus, quod contra illud sese extulerit. Othman erat sapiens et magnanimus et perquam felix, exercitus fortes constituit, et multa et firma castella Graecorum sustulit, maxime in regione maris nigri. regnavit autem annos 28, et circa annum 1327 p. Chr. n. mortuus est.

Μετὰ τοῦτον ἔλαβε τὴν ἀρχὴν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ὀρχὰν εἰς τὰ 1327. *οὗτος ἐπολέμησε μὲ τὸν Μιχαὴλ τὸν Παλαιολόγον, καὶ ἐπῆρε τὴν Προῦσαν. ἐβασίλευσε δὲ καὶ αὐτὸς χρόνους* 33, *καὶ ἀπέθανε.*

Μετὰ δὲ τὸν Ὀρχὰν ἔγινεν ἀρχηγὸς ὁ υἱὸς αὐτοῦ Μουρὰτ εἰς τὰ 1360. *οὗτος ἦν φίλος τοῦ βασιλέως τῆς Κωνσταντινουπόλεως· ἀλλ' ὕστερον ἐχθρευθεὶς ἐκινήθη κατ' αὐτοῦ εἰς τὰ* 1366, *καὶ κροτήσας πολέμους φρικτοὺς ἐπῆρε τὴν Καλλίπολιν, τὴν Φιλιππόπολιν, τὴν περίφημον Ἀδριανούπολιν καὶ ἄλλους τόπους. βασιλεύσας δὲ χρόνους* 29 *ἀπέθανε.*

Μετὰ τοῦτον λαμβάνει τὴν βασιλείαν Βαϊαζὶτ τοῦ Μουρὰτ ὁ υἱὸς εἰς τὰ 1389. *οὗτος ἐστάθη ἀνδρικώτατος, καὶ ἐπωνομάζετο Ἰλδιρίμ, ὅτι ἦτον ὡς ἀστραπὴ ὀγλίγωρος. ὑπέταξε δὲ ὅλους σχεδὸν τοὺς τόπους τῆς δύσεως, τὴν Βουλγαρίαν Σερβίαν Ἀλβανίαν Βλαχίαν καὶ τὴν Θεσσαλονίκην. ἀλλ' ἐπιστρέψας εἰς τὴν ἀνατολὴν νὰ πολεμήσῃ τὸν Τιμουρχάν, βασιλέα τῆς Περσίας ἐρχόμενον κατ' αὐτοῦ ἔπεσεν αἰχμάλωτος καὶ ἀπέθανε βασιλεύσας χρόνους* 15.

Μετὰ τοῦτον δὲ ἀρχηγὸς ἀνεφάνη Μωάμεθ ὁ υἱὸς αὐτοῦ εἰς τὰ 1410. *οὗτος ἀφήσας τὴν Προῦσαν διέβη κατὰ παραχώρησιν θείαν, καὶ ἔστησε τὸν θρόνον τοῦ εἰς τὴν Ἀδριανούπολιν. πολεμήσας δὲ τὰ πέριξ κάστρα ἄλλα μὲν ἐπῆρε*

Eius mortui filius Orchan circa annum 1327 regnum accepit. hic cum Michaele Palaeologo bellum gessit, et Prusam cepit. regnavit autem et ipse annos 33, et deinde mortuus est.

Post Orchanem imperator factus est filius eius Muratus circa annum 1360. hic regi Constantinopolis amicus erat, sed postea in hostem versus circa annum 1366 contra eum castra movit, et proeliis horrendis cum eo congressus cepit Callipolim, Philippopolim, celebrem Adrianopolim aliaque loca. cum autem annos 29 regnasset, mortuus est.

Post hunc Baiazitus Murati filius circa annum 1389 regnum obtinet. hic exstitit fortissimus, et cognomen accepit Ilderim, quia erat rapidus ut fulmen. Subiecit omnes paene terras Occidentis, Bulgariam, Serbiam, Albaniam, Valachiam, Thessalonicam. sed ad Orientem reversus ad debellandum Timurchanem, Persiae regem, qui contra eum profectus erat, captus est, et post regnum annorum 15 est mortuus.

Post eum imperator declaratus est Mahometus, filius eius, circa annum 1410. hic Prusa relicta e divina voluntate transiit, et solium suum Adrianopoli constituit. debellavit autem castella, quae circa

μὲ βίαν, ἄλλα δὲ διὰ παραδόσεως, ὅτι διὰ φόβον πολλὰ τὸν ἐπροσκύνησαν. ἐβασίλευσε δὲ καὶ αὗτος χρόνους 8.

Τοῦτον διεδέχθη Μουρὰτ ὁ υἱὸς αὐτοῦ εἰς τὸ 1422. αὗτος ἐμιμήθη τὸν πάππον αὐτοῦ Βαϊαζίτ, καὶ ἀνέλαβε πάλιν ὅσους τόπους εἶχεν ὑποτάξει ἐκεῖνος καὶ ἔπειτα οἱ Τοῦρκοι ἔχασαν, ὡς τὴν Θεσσαλονίκην, τὴν Βέρροιαν, τὰς Ἀθήνας, τὴν Λιβαδίαν καὶ τὴν Σερβίαν ἅπασαν· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ὅλην σχεδὸν τὴν δύσιν ἐκυρίευσε. μετεχειρίσθησαν δὲ οἱ Τοῦρκοι εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν τῶν πόλεων βίαν καὶ ἁρπαγὴν καὶ σκληρότητα μεγάλην.

Ταῦτα οἱ Ἰωαννῖται ἀκούοντες ἐσύστησαν στράτευμα ἀνδρεῖον, διὰ τοῦ ὁποίου ἐκράτησαν τὸν Πίνδον καὶ τὰ λοιπὰ τῆς Ἠπείρου στενά. δύο φοραῖς ὁ Μουρὰτ ἔστειλε καὶ τοὺς ἐπολέμησεν· ἀλλ' οὗτοι γνωρίζοντες καλῶς τὰς ἐπιτηδείας εἰς πόλεμον τοποθεσίας τοὺς ἐδέχθησαν ἀνδρείως, καὶ σφάξαντες ἀπ' αὐτοὺς μέγαν ἀριθμὸν τοὺς ἀπέκρουσαν μὲ φθορὰν αὐτῶν μεγάλην.

Ἰδόντες δὲ οἱ Τοῦρκοι τὸ ἀδύνατον τῆς εἰς τὴν Ἤπειρον διαβάσεως ἔστρεψαν εἰς τὴν Θεσσαλονίκην, ὅθεν ὁ βασιλεὺς αὐτῶν ἔγραψε πρὸς τοὺς Ἰωαννίτας ταῦτα. "Μουρὰτ, βασιλεὺς ἀνατολῆς καὶ δύσεως, πρὸς τοὺς Ἰωαννίτας. ἐβεβαιώθητε ἀκριβῶς ἀπὸ τὰς νίκας καὶ ἐμοῦ καὶ τῶν προγόνων μου, ὅτι ὁ θεὸς δὲν ἔβαλεν εἰς τὸ βασίλειον μου σύν-

sita sunt, et alia cepit vi, alia deditione, quia propter timorem multi eum regem acceperunt. regnavit autem hic annos 8.

Huic successit Muratus filius eius, circa annum 1422. hic Baiazitum avum suum imitatus ea loca rursus recepit, quae ille subiecta tenuerat, et tum Turcae obtinuerunt, ut Thessalonicam, Berrhoam, Athenas, Libadiam, totamque Serbiam, et ut uno verbo dicam, in totum fere Occidentem dominatus est, exercuerunt autem Turcae in urbibus captis vim et latrocinium et crudelitatem magnam.

Quae cum Ioannitae audirent, exercitum fortem constituerunt, per quem Pindum et reliquas Epiri angustias occuparunt. bis huc profectus Muratus cum iis pugnavit, at illi cum regiones ad bellum aptas bene novissent, fortiter eos exceperunt, et magno eorum numero interfecto cum magna eorum clade eos reiecerunt.

Cum igitur Turcae viderent, non posse in Epirum se transire, Thessalonicam se verterunt, unde rex eorum Ioannitis haec scripsit: Muratus rex Orientis et Occidentis Ioannitis S. satis meis et maiorum meorum victoriis vobis est persuasum, deum nos statuisse regno meo terminos, cuius quidem auxilio adiutus totum Orientem, atque

ορα, καὶ μὲ τὴν βοήθειάν του ὑπέταξα ὅλην τὴν ἀνατολὴν καὶ αὐτὴν σχεδὸν τὴν δύσιν, ὅτι ἔξω ἀπὸ τὰ βουνά σας ὅλοι μ' ἐπροσκύνησαν. σᾶς παρακινῶ λοιπόν, πρὶν δοκιμάσητε τὰ ὀλέθρια τοῦ πολέμου τέλη, πρὶν ἰδῆτε τὸ αἷμα πολλῶν ἀναι-
5 τίων χυνόμενον ἀδίκως, νὰ μὲ παραχωρήσητε τὴν πόλιν σας, ἂν θέλητε ν' ἀποφύγητε τὸν ἀφανισμὸν αὐτῆς καὶ ὅσα ἄλλοι ἀπειθεῖς καὶ σκληροτράχηλοι ἔπαθαν, κατακοπέντες ἀπὸ τὸ σπαθί μου ἢ πωληθέντες ἀπὸ τοὺς στρατιώτας μου αἰχμάλωτοι εἰς ἀνατολὴν καὶ δύσιν. σᾶς ὑπόσχομαι, ἂν μὲ προσ-
10 κυνήσητε, πίστεις ἐνόρκους, ἐγὼ μὲν νὰ μὴ σᾶς ἐγβάλω ποτὲ ἀπὸ τὸ κάστρον σας, ἐσεῖς δὲ νὰ μὴ φανῆτε ἐπίβουλοι καὶ ἀπειθεῖς τῆς βασιλείας μου. προσέξατε, μή πως ἀποβάλλοντες τὸ ζήτημά μου δὲν ἔχητε πλέον οὐδὲ καιρὸν νὰ μετανοήσητε."

15 Ταῦτα τὰ γράμματα λαβόντες οἱ Ἰωαννῖται συνῆλθον εἰς συμβούλιον, καὶ στοχασθέντες πρῶτον μὲν πόσον ἡ βασιλεία τῶν Ὀθομανῶν προχωρεῖ κατὰ παραχώρησιν θεοῦ καθ' ἡμέραν εἰς αὔξησιν, καὶ πόσα κάστρα θαυμαστὰ ἀνατολῆς καὶ δύσεως ὑπετάχθησαν, καὶ πόσοι τόποι πολὺ δυνατώτεροι
20 ἀπὸ τὸν ἐδικόν των ἐκυριεύθησαν ἀπ' αὐτούς, ἔπειτα καὶ τὴν μικρότητα καὶ ἀδυναμίαν τοῦ κάστρου των, ἐπροτίμησαν καλήτερα συμβιβασμὸν παρὰ ν' ἀφεθοῦν εἰς τὸ τοῦ πολέμου ἄδηλον, ὅστις καὶ παντελῆ ἠμποροῦσε νὰ φέρῃ εἰς αὐτοὺς

adeo totum fere Occidentem subieci, extra vestros montes omnes me regem agnoscere. vos igitur iam adhortor, priusquam exitum belli infelicem exspectetis, priusquam sanguinem multorum innocentum iniuste effusum videatis, ut urbem vestram mihi tradatis, si interitum eius vitare vultis, et omnia, quae alii inobedientes et obstinati perpessi sunt, cum acinace meo caederentur, aut a militibus meis pro captivis in Oriente et Occidente venirent. promitto vobis, si me regem agnoscatis, iureiurando, equidem me vos arce vestra non expulsurum esse; vos autem promittatis, non fore vos dolosos neque inobedientes imperio meo. cogitetis, ne reiecta admonitione mea non amplius habeatis ne occasionem quidem consilium mutandi.

Quibus acceptis literis Ioannitae ad consilium convenerunt, et cum secum reputassent, quantum regnum Othomanum progrederetur quotidie e voluntate divina, et quot castella mira Orientis et Occidentis subiecta essent, et quot loca multo firmiora suo in potestate eorum essent, deinde parvitatem et infirmitatem arcis suae, maluerunt conciliationem potius, quam ut se transmitterent incerto bello, quod iis interitum plenum excitare poterat. his declaratis elegerunt

ἀφανισμόν. ταῦτα δὲ ἀποφασίσαντες ἔκλεξαν καὶ ἔστειλαν πρὸς τὸν Μουρὰτ ἄνδρας λογίους καὶ φρονίμους, παραγγείλαντες νὰ τὸν προσφέρουν τοῦ κάστρου τά κλειδία, ἂν τοὺς δώσῃ μὲ χρυσόβουλλον ὅσα τὸν ζητήσωσιν. οὗτοι δὲ ἐλθόντες εἰς Θεσσαλονίκην εὗρον τὸν βασιλέα ἔξω τῆς πόλεως εἰς τόπον ὅστις Κλειδὶ τώρα λέγεται· καὶ ἐκεῖ τελειώσαντες τὰς συμφωνίας ἔδωσαν καὶ ἔλαβον ὅρκους, καὶ δεχθέντες τὸ χάτι σερίφι παρέδωσαν εἰς χεῖράς του τὰ κλειδία, καὶ βασιλέα τοῦ κάστρου αὐτὸν ἐπροσκύνησαν. καὶ διὰ τοῦτο ὁ τόπος ἐκεῖνος ἀπὸ τότε ὠνομάσθη Κλειδί.

Ὁ δὲ βασιλεὺς ἔστειλεν εὐθὺς μετὰ τῶν πρέσβεων δεκαοκτὼ Τούρκους, νὰ παραλάβουν τὸ κάστρον καὶ νὰ στήσουν διὰ παντὸς εἰς Ἰωάννινα τὴν κατοικίαν των. οὗτοι δὲ ἐμβάντες εἰς τὸ κάστρον ἐζήτησαν νὰ ῥήξουν εἰς χαρὰν κανόνια, ἔπειτα νὰ χαλάσουν τὴν κειμένην εἰς τοὺς πύργους τοῦ κάστρου ἐκκλησίαν τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαήλ· ἔπειτα ἐξελθόντες ὑπῆγαν καὶ ἔκτισαν σπήτια εἰς τὸ μέρος τῆς πόλεως τὸ ὀνομαζόμενον τώρα Τουρκοπάλουκον, ὅπου καὶ ἐκατοίκησαν κατὰ τὴν συνθήκην. ἐζήτησαν δὲ νὰ λάβουν καὶ γυναῖκας ἀπὸ τὰς θυγατέρας τῶν Χριστιανῶν· ἀλλὰ καμμία δὲν τοὺς ἐδέχετο. οὕτω δὲ ἀποβληθέντες ἔγραψαν πρὸς τὸν βασιλέα των, ὅστις ἔστειλεν εὐθὺς ἄνθρωπον μ' ἐξουσίαν καὶ γράμμα βασιλικὸν νὰ λάβουν οἱ Τοῦρκοι εἰς γυναῖκάς των ἀπὸ τὰς θυγατέρας τῶν Χριστιανῶν, ὅποια τὸν καθένα ἀρέσῃ.

et miserunt ad Muratum viros prudentes et sapientes, eos iubentes afferre ei castelli claves, si eis aurea bulla concederet, quae ab eo peterent; qui cum Thessalonicam venissent, regem extra urbem in regione quadam repererunt, quae hodie vocatur Kleidi (clavis), ibique pactione confecta fidem dederunt et acceperunt, et accepto Chatiserifo (i. e. tabula regia) eius manibus claves tradiderunt, et regem arcis eum salutarunt, et propterea locus ille inde ab illo tempore vocatus est Kleidi (clavis).

Rex autem cum legatis duodeviginti Turcas statim misit, ut castellum reciperent, et omnino loanninae domicilia sua constituerent. hi autem ingressi castellum postularunt, ut ad laetitiam significandam tormenta bellica solverent, deinde ut ecclesiam summi ducis Michaelis everterent, quae inter turres castelli sita erat, deinde egressi secesserunt et domos aedificarunt in regione urbis, quae nunc nominatur Turcopalucum, ubi etiam ex pacto habitarunt. postularunt etiam, ut mulieres ex filiabus Christianorum in matrimonium ducerent, sed nulla eos accepit. sic reiecti ad regem suum scripserunt, qui ho-

μίαν λοιπὸν ἑορτην, ἐν ᾧ ἦτον οἱ Χριστιανοὶ συναγμένοι εἰς τὴν ἐκκλησίαν μὲ τὰς γυναῖκας καὶ κόρας των, ἐμβάντες οἱ Τοῦρκοι εἰς τὸ κάστρον μετὰ τοῦ βασιλικοῦ ἀνθρώπου ἦλθαν καὶ ἐστάθησαν ἔξω τῆς μητροπόλεως εἰς τὸν μέγαν Παντοκράτορα· καὶ ὅταν μετὰ τὴν τῆς λειτουργίας ἀπόλυσιν ἐξῆρχετο ὁ λαός, παρατηροῦντες, καθὼς ἔβλεπαν κἀμμίαν ἀπὸ τὰς τιμίας παρθένους, ἤ τις τοὺς ἄρεσκε, ῥίπτοντες τὸ φόρεμά των τὴν ἐσκέπαζαν, καὶ λαμβάνοντές την ἀπὸ τὸ χέρι τὴν ὡδηγοῦσαν ὡς γυναῖκά των. ἦτον δὲ ἐλεεινὸν θέαμα νὰ βλέπῃ τις ἀπὸ τὸ ἕνα μέρος τὰς τρυφερὰς ἐκείνας νέας συρομένας μὲ δάκρυα ἀπὸ βαρβαρικὰ χέρια, ἀπὸ τὸ ἄλλο δὲ τοὺς δυστυχεῖς γονεῖς κοπτομένους καὶ κλαίοντας ἀπαρηγόρητα. μετὰ δέ τινων ἡμερῶν παρέλευσιν βλέποντες ἀνωφελῆ τὰ δάκρυα, ἔπαυσαν τὸν θρῆνον· τινὲς δὲ ἐδοκίμαζαν νὰ παρηγορήσουν ἑαυτούς, στοχαζόμενοι ὅτι τάχα καὶ οἱ Τοῦρκοι ἐκεῖνοι εἶναι αὐθένται καὶ ἄρχοντες καὶ κατὰ τὴν τιμὴν οὐδόλως ἀπ' αὐτοὺς κατώτεροι. μὲ τοιαύτας δυστυχεῖς προφάσεις παρηγορούμενοι, ἢ τὴν ἀνάγκην ἀκολουθοῦντες, ἑτοίμασαν καθεὶς ὅ τι ἤθελε δώσει εἰς προῖκα τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ, καὶ τὴν ἔστειλαν συντροφευμένην μὲ μίαν δούλην καὶ μίαν βυζάστραν, προσθέσαντες καὶ ζευγαλατεῖα καὶ λιβάδια καὶ ἄλλα χαρίσματα. καὶ οὕτω κατ' ὀλίγον εἰς αὔξησιν τὸ ἀσεβέστατον τῶν Ἀγαρηνῶν γένος ἐπροχώρει.

minem auctoritate et literis regiis praeditum statim misit, ut Turcae e filiabus Christianorum in matrimonium ducerent, quae cuique placeret. festo iam die, cum Christiani in ecclesia cum uxoribus et filiabus suis una essent, Turcae cum legato regio castellum ingressi advenerunt et extra metropolim magni Pantocratoris constiterunt, et donec officio sacro absoluto populus egrederetur, exspectantes, ut aliquam e virginibus nobilibus viderunt, quae iis placeret, arreptis suis pellibus villosis eam obtegebant et manu prehensa eam abducebant ut uxorem suam. erat autem miserum spectaculum videnti, hic teneras illas puellas lacrimis obortis barbarorum manibus tractas, illic infelices parentes plangentes et flentes desperatorum instar. nonnullis diebus post cum inutiles esse lacrimas intelligerent, lamentari desierunt, nonnulli se consolari studebant, reputantes, sine dubio Turcas illos esse dominos et duces, neque de dignitate se inferiores. tali illusione infelici pacati sive potius necessitati parentes, paraverunt, quod quisque dare vellet dotem filiae suae, eamque miserunt coniunctam cum una ancilla et una nutrice, adiectis etiam iugis boum et agris et aliis donis. atque ita quidem brevi aucta est sceleratissima Agarenorum gens.

[*Ἐπαράλαβαν οἱ Τοῦρκοι τὰ Ἰωάννινα, ἔτους ὑπάρχοντος* 6939, *ἰνδικτιῶνος* 9, *ἀπὸ δὲ Χριστοῦ* 1431, *Ὀκτωβρίου* 9. *ἄλλοι δὲ λέγουν ὅτι τὰ ἐκυρίευσαν συγχρόνως μὲ τὴν Θεσσαλονίκην, ἐπὶ ἔτους* 6938, *ἀπὸ δὲ Χριστοῦ* 1430.

Γράφει καὶ ὁ Μελέτιος εἰς τὸ γεωγραφικόν του βιβλίον ὅτι παρεδόθησαν τὰ Ἰωάννινα εἰς τὰ 1424 *ἀπὸ Χριστοῦ, μετὰ τὴν τῆς Θεσσαλονίκης δουλείαν.*]

[Turcae Ioanninam occuparunt, anno 6939, indictionis 9, p. Chr. n. 1431, die 9 mensis Octobris. alii autem narrant, eos hanc in potestatem suam redegisse eodem tempore cum Thessalonica, anno 6938, p. Chr. n. 1430.

Scribit etiam in geographia Meletius, traditam esse Ioanninam circa annum 1424 p. Chr. n., post Thessalonicam subiectam.]

IV.

Ἀποστασία Διονυσίου τοῦ κοινῶς λεγομένου Σκυλοσόφου, καὶ ἔξωσις τῶν Χριστιανῶν ἀπὸ τὸ κάστρον.

Ἀλλ' ὡς νὰ μὴν ἦτον ταῦτα τὰ κακὰ ἱκανά, ὁ ἐχθρὸς τοῦ καλοῦ διάβολος ἐφθόνησε, βλέπων ὅτι οἱ τῆς Ἠπείρου Χριστιανοὶ οὔτε ἀπὸ Τουρκικὴν μάχαιραν κατεκόπησαν οὔτε τὴν πολιτικὴν των δύναμιν ἔχασαν, ὅτι ὅλη ἡ ἐξουσία ἦτον αὐτῶν. αὐτοὶ εἶχον τὰ σπαϊλήκια καὶ τιμάρια, αὐτοὶ καὶ διέτασσαν καὶ ἐσύναξαν τοὺς φόρους· καὶ αὐτὴ ἡ πολεμικὴ δύναμις ἦτον ὅλη εἰς χεῖράς των. οἱ δὲ Τοῦρκοι ὄχι μόνον κανόνι τοῦ κάστρου νὰ ῥήξουν, ἀλλ' οὐδὲ νὰ κατοικήσουν εἰς αὐτὸ εἶχαν τὴν ἄδειαν.

Κατὰ τὸ 1611 ἔτος ἐφάνη ὁ Τρίκκης Διονύσιος, ἄνθρωπος ἀστρολόγος καὶ λεκανομάντης, ὅστις διὰ τοιαῦτα ἄσεμνα καὶ ἄτοπα ἔργα καὶ ἀπὸ τὸν θρόνον του ἐξώσθη, καὶ ἔμεινεν ἡ Τρίκκη ὑπὸ τὴν τοῦ Λαρίσσης ἐπι-

IV.

Seditio Dionysii, qui vulgo nominabatur Skylosophus, et Christiani castro expulsi.

Sed quasi haec mala non sufficerent, inimicus pulchro diabolus invidia captus est, cum videret, Christianos Epiri neque Turcarum gladiis trucidari, neque potestatem publicam amisisse, auctoritatem eorum esse integram, nam habebant Spāiīkos et Timaros, vectigalia et imperabant et exigebant, et ipse exercitus totus in eorum erat manibus, Turcas autem non modo non solvendi tormenta bellica castelli, sed ne habitandi quidem in eo libertatem habere.

Anno 1611 episcopus Triccalae Dionysius advenit, astrologus et vaticinationi ex aquae inspectione comparatae deditus, qui propter tales res indignas et ineptas solio suo expulsus erat, quo facto Triccala erat subiecta episcopo Larissae propter terrorem, quem Turcae

σκεψιν διὰ φόβον τῶν Τούρκων ἕως τὸ 1709 ἔτος, ὅτε ἦλθεν ἀρχιερεὺς εἰς αὐτὴν ὁ Κωνστάντιος, ἄνθρωπος ἐνάρετος καὶ σοφός. ὁ δὲ κακοδιονύσιος, ὁ τοῦ αὐτοῦ ἐπαγγέλματος ἀνάξιος, φυγὼν μετ' αἰσχύνης πολλῆς καὶ φόβου ἐκεῖθεν πρὸς τὰ μέρη τῆς Ἰταλίας κατέφυγεν. ὀλίγον δὲ καιρὸν διατρίψας εἰς τὰς ἐκεῖ πόλεις, ἦλθε κακῇ τύχῃ ἡμῶν εἰς τούτους τοὺς τόπους, καὶ ἐκατοίκησεν εἰς τὸ τοῦ ἁγίου Δημητρίου μοναστήριον τὸ μεταξὺ τῶν χωρίων Κερασόβου καὶ Ῥαντοβιήτη κείμενον, εἰς τὸ ὁποῖον ἦτον πρότερον. διατρίψας δὲ ἐκεῖ ἀρκετὸν καιρὸν κατέβη ἔπειτα εἰς τὰ Ἰωάννινα, ὅπου εἶχε τινὰς φίλους, καὶ ἰδὼν τοὺς Τούρκους ὀλίγους καὶ κατοικοῦντας ἔξω τοῦ κάστρου ἐμελέτησε βουλὴν δυστυχεστάτην εἰς τὴν πόλιν ταύτην· καὶ εἰσελθὼν εἴς τινα φίλον του, Ταγᾶν τὸ ὄνομα, καὶ ἄλλους γνωρίμους, κοινολογεῖται πρὸς αὐτοὺς ὅτι ἔκαμε τὸ θεμάτιον, καὶ διὰ τῆς ἀστρολογίας ἐγνώρισεν ὅτι μέλλει νὰ γένῃ ἐλευθερωτὴς ὄχι μόνον τῶν Ἰωαννίνων ἀλλὰ καὶ τῶν λοιπῶν πόλεων, μάλιστα καὶ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν νὰ εἰσέλθῃ, καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς νὰ τὸν σηκωθῇ. ἐκεῖθεν δὲ ἐξελθὼν τὰ τῶν Ἰωαννίνων περίχωρα καὶ τὰ τοῦ ἀνωτέρου μοναστηρίου καὶ ἄλλας χώρας περιήρχετο, φέρων πλόσκαν ἐπὶ τοῦ ὤμου, καὶ κιρνῶν τοὺς γεωργοὺς ποιμένας βουκόλους καὶ ἄλλους χωρικούς, προσοικειοῦτο τοιούτους ἀπαιδεύτους καὶ ἀπολέμους στρατιώτας.

iniiciebant, usque ad annum 1709, cum illuc adveniret Constantius archiepiscopus, homo virtute et sapientia praeditus. improbus autem Dionysius, honore suo indignus, cum multo dedecore et terrore inde in regionem Italiae confugit. breve autem tempus in illius urbibus moratus, ad nostram calamitatem in has terras venit, et in sancti Demetrii monasterio habitavit, quod inter Kerasobum et Rantobietum situm est, in quo quidem iam antea fuerat. moratus autem ibi diutius, Ioanninam rediit, ubi amicos quosdam habebat, et cum Turcas esse paucos et extra castellum habitare vidisset, consilium huic urbi infelicissimum excogitavit, et ad amicum quendam veniens, cui nomen erat Tagae, et ad alios, quos norat, cum iis communicat, sibi esse persuasum, et astrologia se cognovisse, fore, ut liberator fieret non modo Ioanninae, sed etiam urbium ceterarum, atque adeo Constantinopolim ingrederetur, et rex ipse eum modo digno acciperet. tum exiit et regiones Ioanninae et altioris monasterii et alias terras peragravit, gestans vas ligneum in humeris et alliciens agricolas, pastores, bubulcos aliosque ruris colonos, tales rudes et belli ignaros sibi conciliavit milites.

Μετὰ δὲ πολλὰς ἀταξίας, τὰς ὁποίας μεθύοντες καὶ ἀπὸ μίαν εἰς ἄλλην χώραν διαβαίνοντες ἔκαμαν, μίαν ἡμέραν συναθροισθέντες ὅλοι ἐπέπεσαν ἐξαφνα κατὰ τῆς Τουρκογρανίζης καὶ Ζαραβούσης, χωρίων ὡς δύο ὥρας μακρὰν τοῦ προρρηθέντος μοναστηρίου κειμένων, καὶ εὑρόντες τοὺς ἐκεῖ κατοικοῦντας Τούρκους ἀμερίμνους τοὺς κατέσφαξαν ὅλους καὶ τὰ χωρία ἐρήμωσαν.

Ἔπειτα, τοῦ αὐτοῦ ἔτους τὴν δεκάτην Σεπτεμβρίου, ἐκστράτευσαν μετὰ τοῦ ἀρχηγοῦ των καλογήρου τὴν νύκτα κατὰ τῶν Ἰωαννίνων, καὶ εἰσελθόντες εἰς τὴν πόλιν ἔβαλαν εὐθὺς φωτίαν εἰς τὴν τοῦ τότε πασᾶ Ἀσουμὰν κατοικίαν, καὶ ἔκαυσαν πολλοὺς ἀνθρώπους καὶ τὸν βασιλικὸν θησαυρόν· ὁ δὲ πασᾶς μὲ τὴν γυναῖκά του πηδήσαντες ἀπὸ τὸ παράθυρον ἔφυγον γυμνοὶ τὴν νύκτα, καὶ ἐσώθησαν. τὸ δὲ ἄθλιον ἐκεῖνο τῶν γεωργῶν καὶ βοσκῶν στράτευμα μὲ τὸν ψευδαστρολόγον στρατηγόν του ἐφώναζαν τὸ κύριε ἐλέησον, καὶ χαράτζι χαρατζόπουλον, καὶ ἀναζοῦλι ἀναζουλόπουλον, αἰνιττόμενοι τὸν νέον φόρον, τὸν ὁποῖον ὄχι πρὸ πολλῶν ἡμερῶν οἱ Τοῦρκοι εἶχαν ἐπιβάλει. οὗτοι δὲ ἀκούσαντες τὸ κύριε ἐλέησον, ἐγνώρισαν ὅτι ἦλθον κατ' αὐτῶν οἱ Χριστιανοί, καὶ παρευθὺς ἔδραμον ὅλοι ἔφιπποι καὶ δυνατὰ ἁρματωμένοι, καὶ τρέψαντες αὐτοὺς εἰς φυγὴν εὐκόλως ὡς πεζοὺς καὶ μὴ ἔχοντας

Post multas turbas, quas ebrii et ex alia in aliam transgressi urbem excitaverunt, aliquo die omnes congregati, subito agressi sunt Turcogranizam et Zarabusam, quae horarum spatio duarum a supra commemorato monasterio aberant, et nacti Turcas, qui ibi habitabant, insperantes, omnes necarunt, et loca devastaverunt.

Deinde, eodem anno mensis Septembris die decimo, cum duce suo monacho nocte contra Ioanninam profecti sunt, et urbem ingressi statim coniecerunt ignem in domum Asumanis, qui tum erat dominus (pascha), et homines multos et thesaurum regium combusserunt; pascha autem et uxor eius e postico sese proripuerunt, et nudi nocte aufugerunt, et servati sunt. miser autem ille agricolarum et pastorum exercitus cum duce astrologo exclamarunt, kyrie eleeson (domine miserare nos) et breve Charatzi et Anazuli, significantes vectigal novum, quod non multis diebus ante Turcae imperaverant. hi autem cum audirent illud kyrie eleeson, intellexerunt, Christianos se aggredi, statimque omnes adcurrerunt equis sublati et quam maxime armati, et postquam eos in fugam facile verterunt, pedites neque bellicis armis indutos, multos interfecerunt non solum hostes, sed etiam innocentes, quia, cum dominica subsequeretur, in via eos exceperunt,

ἅρματα πολέμου, κατέκοψαν πολλοὺς ὄχι μόνον ἀπὸ τοὺς πολεμίους ἀλλὰ καὶ ἀναιτίους, διότι, ἐπειδὴ ἔξημέρονε κυριακή, ἐδέχοντο εἰς τοὺς δρόμους τοὺς ἐρχομένους εἰς τὴν ἀγοράν, καὶ τοὺς ἔκοπταν. μάλιστα ἤθελαν νὰ κάμουν κοινὴν σφαγὴν ὅλων τῶν κατοικούντων τὸ κάστρον Χριστιανῶν· ὅμως τινὲς φρόνιμοι καὶ ἀπὸ τοὺς προεστοτέρους αὐτῶν τοὺς ἐμπόδισαν. οἱ δὲ Ἰωαννῖται δὲν ἐφείσθησαν τὴν κατάστασιν τῶν παντάπασιν εἰς ἀποφυγὴν ταύτης τῆς βαρβάρου σφαγῆς.

Ὁ δὲ τῆς ἀποστασίας ἀρχηγὸς Διονύσιος, ὡς ἤκουσε τοὺς ἀλαλαγμοὺς τῶν Τούρκων καὶ εἶδε τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ σκορπισθέντας, ἔφυγε, καὶ ἐλθὼν ἐκρύφθη εἰς τὸ σπήλαιον τῆς ἐκκλησίας Ἰωάννου τοῦ προδρόμου, ὅπου τώρα κεῖται τὸ τζαμὶ τοῦ Ἀσλάν πασᾶ. ἔγινε δὲ μεγάλη περὶ αὐτοῦ ζήτησις, καὶ οὐδεὶς ἄλλος ἐδυνήθη νὰ τὸν εὕρῃ παρὰ τὸ μισόχριστον τῶν Ἰουδαίων γένος, οἱ ὁποῖοι φέροντές τον δέσμιον τὸν παρέδωσαν εἰς τοὺς κριτάς, καὶ διὰ προσταγῆς τῶν ἀρχόντων Τούρκων, χωρὶς τινος ἐξετάσεως, τὸν ἔγδαραν ζωντανόν, καὶ γεμίσαντες τὸ δέρμα του ἄχυρον τὸ περιέφεραν ἀπὸ πόλιν εἰς πόλιν, καὶ τέλος καὶ εἰς αὐτὴν τῆς Κωνσταντινούπολιν. λέγεται δὲ ὅτι ἐκεῖ ἐσηκώθη καὶ ὁ βασιλεὺς νὰ τὸ ἰδῇ, καὶ οὕτως ἐπληρώθη τὸ τῆς προφητείας του λοξόν, ὅτι ἔμελλε νὰ ὑπάγῃ καὶ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς νὰ τὸν σηκωθῇ.

qui ad forum ibant, et interfecerunt. libenter voluerunt generalem omnium, qui in Castello Christianorum habitabant, caedem instituere, sed nonnulli prudentes duces eorum eos ab hac re prohibuerunt. Ioannitae autem pecuniae omnino non pepercerunt, ut barbaram hanc caedem vitarent.

Seditionis autem dux Dionysius ut audivit clamores Turcarum, et suos dissipatos vidit, aufugit, et in antrum ecclesiae Ioannis prodromi se abdidit, ubi nunc sita est ecclesia Aslanis paschae. est autem propter eum magna instituta investigatio, neque alius eum reperire potuit praeter inimicam Christi Iudaeorum gentem, qui eum cum vinctum adduxissent, iudicibus tradiderunt, atque hi quidem iussu principum Turcarum sine ullo iudicio corio exuerunt vivum, et cutem eius cum stramine implevissent, ab urbe ad urbem circumferebant, postremum etiam Constantinopolim. dicitur autem etiam rex ibi surrexisse, ut eam videret, atque sic peractum est, quod ambigue praedixerat, se etiam Constantinopolim profecturum, regemque ipsum sibi adventanti surrecturum esse.

Ὅσοι δὲ ἀπὸ τοὺς στρατιώτας αὐτοῦ ἐσυλλήφθησαν, τούτους ἐπαρακίνησαν οἱ Ἑβραῖοι τοὺς Τούρκους νὰ μὴ τοὺς θανατώσουν, ἀλλὰ νὰ τοὺς δώσουν διαφόρους κολάσεις καὶ βασάνους, ἕως οὗ εἰς αὐτὰς ἀποθάνωσι. καὶ οὕτως ἐπειδὴ οἱ βάβαροι τοὺς παρέδωσαν πρὸς τοῦτο τοὺς ἀνθρώπους, τὸ πονηρὸν γένος ἄλλους μὲν ἐσούβλισε καὶ ζωντανοὺς ἔψησεν, ἄλλους δὲ εἰς πυρκαϊὰν κατέκαυσεν, ἄλλους ἀπὸ κρεάγρας ἐκρέμασε, καὶ πρὸς ἄλλους ἄλλα σκληρότατα μετεχειρίσθη μαρτύρια, τὰ ὁποῖα νὰ διηγηθῶ κατὰ μέρος ἀποφεύγω διὰ τὴν βαρβαρότητα αὐτῶν, ἕκαστος δὲ ἠμπορεῖ νὰ κρίνῃ, μανθάνων μόνον ὅτι οἱ Ἑβραῖοι εἶχαν εἰς τοῦτο πᾶσαν ἐξουσίαν ἀπὸ τοὺς Τούρκους, καὶ ἐνθυμούμενος εἰς πόσην ἦτον ἱκανοὶ νὰ φθάσουν ὠμότητα καὶ διὰ χάριν πρὸς τοὺς κρατοῦντας καὶ διὰ τὸ πρὸς ἡμᾶς ἄσπονδον μῖσός των.

Κατηδάφισαν δὲ οἱ Τοῦρκοι καὶ τὸ τοῦ ἁγίου Δημητρίου μοναστήριον ἀπὸ τὰ θεμέλια, ἀφήσαντες μόνον τὸν ἱερὸν ναὸν ἀβλαβῆ· καὶ τοὺς ἐκεῖ πατέρας διασκορπίσαντες διήρπασαν τὰ πλούσια κτήματα καὶ ὑπάρχοντά του, τῶν ὁποίων παρατρέχων τἄλλα, ἀναφέρω μόνον ὅτι εἶχεν εἰς διάφορα χωρία δεκαοκτὼ μετόχια, ἕκαστον μὲ τὴν ἰδίαν του ἐκκλησίαν.

Τέλος, ἐπειδὴ οἱ Τοῦρκοι ἔγραψαν ἀναφορὰν πρὸς τὸν βασιλέα των, κηρύττοντες τοὺς Χριστιανοὺς ἀπειθεῖς τῆς βα-

Milites autem eius, quotquot capti sunt, ne interficerent, Iudaei Turcas admonuerunt, sed ut eos variis castigationibus et tormentis afficerent, donec his morti occumberent. atque sic quidem postquam barbari illis hanc ad rem homines tradiderunt, gens prava alios assavit et vivos coxit, alios rogo combussit, alios uncis affixit, ad alios alia crudelissima adhibuit tormenta, quae narrare singula mitto propter crudelitatem eorum, unusquisque autem hoc diiudicare potest, si hoc unum audiat, Iudaeos hanc ad rem a Turcis potestatem omnem accepisse, et cogitet, ad quantam accedere potuerint crudelitatem et propter voluntatem gratum faciendi victoribus et propter implacabile contra nos odium.

Everterunt autem Turcae etiam sancti Demetrii monasterium funditus, relicto tantum templo sancto, atque cum habitantes ibi monachos dissipassent, possessiones pretiosas diripuerunt et bona eius, de quibus ut alia omittam id tantum commemoro, monasterium habuisse diversis terris duodeviginti villas, quarum unaquaeque ecclesiam habebat propriam.

Postremo, cum Turcae ad regem suum retulissent, Christianos

σιλείας καὶ ἀποστάτας ἦλθεν ἀπὸ τὴν Κωνσταντινούπολιν χάτι σερίφι νὰ τοὺς ἐξώσουν ἀπὸ τὸ κάστρον, ἀφαιροῦντές τους ὅλην ὅσην εἶχαν τιμὴν καὶ δύναμιν κατὰ τὰς συνθήκας. οὕτως ἀπωσθέντες ἔκτισαν ἔξω οἰκίας μικρὰς καὶ ἔζων ταπεινοὶ καὶ καταφρονημένοι.

inobedientes regno esse et rebelles, missum est e Constantinopoli Chatiseriph ut castello eos expellerent, erepta tota, quam ex pacto habuissent, auctoritate et potestate. hoc modo expulsi, extra urbem domos parvas et viles aedificarunt, et vivebant humiles et contemti.

V.

Χρονικόν.

Παρέλαβον οἱ Τοῦρκοι τὰ Ἰωάννινα ἐπὶ ἔτους 6939, *ἰνδικτιῶνος* 9, *Ὀκτωβρίου* 9, *ἀπὸ δὲ Χριστοῦ* 1431.

Ἐκυριεύθησαν τὰ Ἰωάννινα σὺν τῇ Θεσσαλονίκῃ ἐπὶ ἔτους 6938, *ἀπὸ δὲ Χριστοῦ* 1430.

Ἡ δὲ Ἀκαρνανία ἤγουν ἡ Ἄρτα ἐπὶ ἔτους 6957, *Μαρτίου* 24, *ἡμέρᾳ δευτέρᾳ, ἀπὸ δὲ Χριστοῦ* 1449.

Ἡ δὲ Ναύπακτος ἐπὶ ἔτους 7007, *ἀπὸ δὲ Χριστοῦ* 1599.

Εἰς τὰ 1683, *ἐστράτευσαν οἱ Τοῦρκοι κατὰ τῶν Γερμανῶν, καὶ πολεμήσαντες ἐνικήθησαν κατὰ κράτος, καὶ ἔχασαν τριακοσίας χιλιάδας ἀνθρώπων.*

Ἐπῆραν οἱ Βενετοὶ τὴν ἁγίαν Μαύραν καὶ Πρέβεζαν ἐπὶ ἔτους 1684.

Ἐπῆραν τὴν Κορώνην Καλαμάταν Ζαρνακὰ καὶ Ἀβαρίκον ἐπὶ ἔτους 1685.

V.

Chronicum.

Occupant Turcae Ioanninam anno 6939, indictionis 9, mensis Octobris die 9, p. Chr. n. 1431.

Capta est Ioannina cum Thessalonica, anno 6938, p. Chr. n. 1430.

Acarnania autem, sive Arta anno 6957, mensis Martii die 24, altero (hebdomadis) die, p. Chr. n. anno 1449.

Naupactus anno 7007, p. Chr. n. 1599.

Circa annum 1683 profecti sunt Turcae contra Germanos et bello devicti sunt, amissis trecentis milibus hominum.

Ceperunt Veneti sanctam Mauram et Prebezam, anno 1684.

Ceperunt Coronam, Calamatam, Zarnacam, Abaricum, anno 1685.

Ἐπῆραν ἔτι τὴν Μεθώνην καὶ τὸ Ἀνάπλι ἐπὶ ἔτους 1686.

Ἐπῆραν ὁμοίως τὴν Ναύπακτον καὶ ὅλον τὸν Μωρέαν ἐπὶ ἔτους 1687.

Τὸ αὐτὸ ἔτος ἐπῆραν οἱ Γερμανοὶ τὸ Βελλεγράδι.

Εἰς τὰ 1690 ἐκστρατεύσας ὁ βεζίρης Κιοπριλῆς ὑπέταξε τὸ Νύσι καὶ Βελλεγράδι, κατασφάξας πολλοὺς τῶν Γερμανῶν.

Εἰς τὰ 1691 ὑπέταξαν οἱ Γερμανοὶ τὸ Νύσι καὶ τὰς Σκοπίας ἕως τὸ Κιοπριλί.

Εἰς τὰ 1691 κατέβη ὁ Χαλὶλ πασᾶς, καὶ ἐπῆρε τὴν Αὐλῶνα ἀπὸ τοὺς Βενετούς.

Εἰς τὰ 1700 ἔκλεισεν ὁ Τοῦρκος εἰρήνην μὲ τὸν αὐτοκράτορα τῆς Γερμανίας καὶ τοὺς Βενετούς, βασιλεύοντος τοῦ σουλτὰν Μουσταφᾶ τοῦ β'.

Εἰς τὰ 1710, Σεπτεμβρίου 7 καὶ 8, ἐφάνη μέγα πλῆθος ἀκρίδων, κατερχομένων ἀπὸ τὸ βόρειον μέρος καὶ διαβαινουσῶν πρὸς τὴν Ἄρταν. ἡ διάβασίς των ἄρχισεν ἀπὸ τὸ ἑσπέρας τῆς 7 τοῦ μηνός, καὶ διήρκεσεν ὅλην τὴν 8. ἦτον δὲ τόσον πυκναὶ ὥστε ἐσκίαζον τὸν τόπον ὅθεν διήρχοντο, κρύπτουσαι τὸν ἥλιον.

Εἰς τὰ 1714, Ἰουλίου 27, ἡμέρᾳ κυριακῇ, ὥρᾳ 6 τῆς ἡμέρας, ἔγινεν εἰς τὰς παλαιὰς Πάτρας σεισμός, ὅς τις ἐκρήμνισε τὰ καμπαναρεῖα τῶν ἐκκλησιῶν, τοὺς νάρθηκας τι-

Porro ceperunt Methonen et Anapli, anno 1686.

Ceperunt item Naupactum et totam Moream, anno 1687.

Eodem anno ceperunt Germani Belgradum.

Anno 1690 contra eos profectus imperator (vesirus) Kiopriles subiecit Nysi et Belgradum, interfectis multis Germanis.

Anno 1691 Germani subiecerunt Nysi et Scopias usque ad Kioprili.

Anno 1691 impetu facto Chalilus pascha Venetis Aulonem eripuit.

Anno 1700 pacem inierunt Turcae cum imperatore Germaniae cumque Venetis, regnante Sultano Mustapha II.

Anno 1710, die 7 et 8 mensis Septembris, magna multitudo locustarum apparuit, quae a Septemtrionibus venerunt et Artam advolarunt. Transitus earum incepit vespero septimi diei mensis, et duravit per totum diem 8. erant autem tam multae, ut locum obscurarent, unde venerunt, solem obtegentes.

Anno 1714, die 27 mensis Iulii, dominica, hora 6 diei, Patris veteribus factus est terrae motus, qui turres campanarias ecclesiarum

πῶν ἀπ' αὐτάς, καὶ μερικὰ παλάτια· ἐσχίσθησαν δὲ καὶ οἱ τοῦ πάστρου πύργοι ἄνωθεν ἕως κάτω, καὶ ἔπεσάν τινες ἀπὸ τὰς ἐπάλξεις του.

Εἰς δὲ τὰς 28 *Αὐγούστου ἔγινεν ἄλλος σεισμὸς μεγαλήτερος τοῦ πρώτου εἰς τὴν Κεφαληνίαν, ὅτε παρευρίσκετο ἐκεῖ καὶ ὁ ἀρχιναύαρχος μὲ ὅλον τὸν στόλον. ἐκρήμνισε δὲ οὗτος* 280 *σπήτια, καὶ ἄνοιξεν ἡ γῆ ἀναβράζουσα νερόν· οἱ δὲ ἄνθρωποι διέτριψαν δύο μῆνας ἔξω εἰς τὰ περιβόλια, ἕως οὗ ἔπαυσεν.*

Εἰς τὰ 1715 *ἐπῆραν οἱ Τοῦρκοι τὸν Μωρέαν καὶ τὴν ἁγίαν Μαύραν, καὶ ἐπληρώθη τὸ ἄνωθεν σημεῖον.*

Εἰς τὰ 1715 *κατέβη ὁ βεζίρης εἰς τὴν Κόρινθον μὲ ἑξῆντα χιλιάδας στρατεύματος, καὶ ὑπέταξεν εἰς ἕνα μῆνα καὶ αὐτὴν καὶ ὅλον τὸν Μωρέαν, ὅπου ἐμεταχειρίσθη μεγίστην ὠμότητα, κατασφάξας καὶ αἰχμαλωτίσας ὑπὲρ τεσσαράκοντα χιλιάδας ἀνθρώπων.*

Εἰς τὰ 1716 *ἐκστράτευσεν ὁ βεζίρης κατὰ τῶν Γερμανῶν μὲ τετρακοσίας χιλιάδας στρατεύματος. ἀλλὰ θεοῦ θέλοντος ἔπεσαν αἰχμάλωτοι μὲ αὐτὸν τὸν βεζίρην εἰς χεῖρας τῶν Χριστιανῶν.*

Τὸ αὐτὸ ἔτος, Μαρτίου 1, *κατέβη βασιλικὸς ἄνθρωπος μὲ ἐξουσίαν μεγάλην νὰ ἐβγάλῃ τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τὴν*

evertit, ferulas ab iis decerpens, et partes palatii; ruptae sunt etiam castelli turres inde a suprema parte usque ad imam, et nonnullae ex pinnis eius deciderunt.

Die autem 28 mensis Augusti alius terrae motus factus est, primo maior, in insula Cephalonia, cum etiam summus navium dux cum tota classe ibi adesset, evertit autem domos 280, et rupta est terra, fontes calidos emittens, homines autem per duos menses extra urbem in hortis commorati sunt, donec motus terrae finitus est.

Anno 1715 Turcae Moream et sanctam Mauram ceperunt et absolutum est signum supra commemoratum.

Anno 1715 imperator (vesirus) cum sexaginta milibus militum contra Corinthum est profectus, et uno mense subiecit et hanc et totam Moream, ubi maximam exercuit crudelitatem, cum quadraginta milia hominum et plures interficeret et captivos redderet.

Anno 1716 vesirus contra Germanos cum quadringentis milibus militum profectus est, sed dei voluntate cum ipso vesiro a Christianis capti sunt.

Eodem anno, die primo mensis Martii, legatus regius advenit potestate magna praeditus, ut homines inde a Larissa usque ad Sia-

Λάρισσαν ἕως τὴν Σαϊάδα, διὰ ν' ἀνοίξουν καὶ νὰ στρώσουν τοὺς δρόμους ἑξῆντα πόδας τὸ πλάτος, καὶ νὰ ἑτοιμάσουν ζωοτροφίας, καὶ ὅσα ἄλλα ἀναγκαῖα τοῦ στρατεύματος, τὸ ὁποῖον ἔμελλε νὰ διαβῇ ἐκεῖθεν κατὰ τῶν Κορυφῶν. ἀλλ' ἑτοιμαζομένων τούτων ἐμποδίσθη ὁ βεζίρης, καὶ ἦλθεν ἀντ' αὐτοῦ ὁ Καραμουσταφᾶ πασᾶς μὲ ἑξῆντα πέντε χιλιάδας στρατιωτῶν. ὅτε δὲ ἦλθεν οὗτος εἰς τὸν Βουθρωτόν, ἔφθασε καὶ ὁ καπετὰν πασᾶς Τζανοὺμ Χότζας διὰ θαλάσσης, ἔχων σουλτάνας ἑξῆντα, γαλόνια σαράντα, γαλιότας καὶ ἄλλα πλοῖα, διὰ τῶν ὁποίων ἐξαίφνης ἐλθόντες κατέλαβον τὸ ἐν Κασσώπῃ στενὸν εἰς τὴν Παναγίαν. οἱ δὲ Βενετοὶ ἐρχόμενοι ἔξωθεν μὲ 28 καράβια ἐπέπεσαν βιαίως κατ' αὐτῶν, καὶ συντρίψαντες μερικὰ ἀπὸ τὰ καράβιά των ἔσχισαν τὸν στόλον, καὶ ἐπέρασαν εἰς τοὺς Κορυφούς. ὁ δὲ Σερασκέρης διαβὰς μὲ τὸ στράτευμά του πέραν ἐπὶ τῆς νήσου, ἐσκήνωσε παρὰ τὸν Ποταμὸν ὡς δέκα μίλια μακρὰν τοῦ κάστρου. διήρκεσε δὲ ὁ πόλεμος εἴκοσιν ἑπτὰ ἡμέρας, καὶ ἠφανίσθη πολὺ τοῦ Τουρκικοῦ στρατεύματος. τέλος ἔπεσε τὴν νύκτα βροχὴ τόσον ῥαγδαία ὥστε ἔσυρε τὰ πράγματά των εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ οἱ βάρβαροι ἐξυπνήσαντες εἶδον, λέγουν, πλῆθος νέων φερόντων εἰς χεῖρας λαμπάδας ἀναμμένας, καὶ ἕνα γηραλέον ἐπίσκοπον βαστάζοντα ῥάβδον καὶ διώκοντα αὐτούς. τούτων δὲ

dem postularet, ad aperiendam et aequandam viam pedes sexaginta latam, et ad parandum victum, et quae praeterea necessaria essent exercitui, qui inde contra Corcyram transgressurus erat. sed cum haec essent parata, vesirus est impeditus, et pro eo Caramustapha pascha venit cum sexaginta quinque milibus militum. qui cum venisset Buthrotum, etiam Capetan pascha (navium dux summus) Tzanum Chotzas per mare advenit, cum sultanis sexaginta, quadraginta gaulis amplioribus et minoribus et aliis navibus, quibus subito aggressi occuparunt Cassopeas angustias usque ad Panagiam (locum Virginis sanctae). Veneti autem, ex alto cum 28 navigiis advenientes, eos fortiter aggressi sunt, et abscissis partibus navigiorum eorum classem dissiparunt, et intrarunt Corcyram. dux autem Turcarum (Seraskerus), qui exercitum suum in insulam traiecerat, apud Potamum castra posuit, decem miliaria a castello. bellum autem viginti septem dies duravit, et magna pars exercitus Turcarum est interfecta. postremo imber nocte exortus est tam rapidus, ut res illorum in mare effunderet, et barbari expergefacti multitudinem iuvenum viderunt, qui manibus faces incensas gestabant, et episcopum grandaevum, qui baculum gestabat eosque persequebatur. cum haec et alia signa multa et mirabilia apparerent,

καὶ ἄλλων πολλῶν καὶ παραδόξων σημείων φανέντων ἔπεσεν ἐπ' αὐτοὺς φόβος καὶ τρόμος, καὶ ἀφήσαντες τὰς σκηνάς, τὰ ἅρματα, τοὺς βασιλικοὺς θησαυροὺς καὶ αὐτὰ τὰ ζῶα, ἔτρεχαν, καὶ ἄλλοι μὲν ἔμβαιναν εἰς τὰ πλοῖα, ἄλλοι δὲ ἐρρίπτοντο εἰς τὴν θάλασσαν καὶ ἐπνίγοντο, πολλοὶ δὲ καὶ ὑπ' ἀλλήλων ὡς ὑπὸ ἐναντίων κατεσφάγησαν. οἱ δὲ σωθέντες ἦλθον εἰς τὰ Ἰωάννινα, φέροντες ὑπὲρ δύο χιλιάδας πληγωμένους, οἵ τινες ὅλοι σχεδὸν ἀπέθαναν.

Καὶ ταῦτα μὲν τότε· εἰς δὲ τὰ 1731, Ἰουλίου 25, ἡμέρᾳ σαββάτῳ πρὸς τὸ ἑσπέρας, ἦλθεν εἰς τὰ Ἰωάννινα λεγόμενός τις υἱὸς τοῦ σουλτὰν Ἀχμέτη καὶ ἐξάδελφος τοῦ σουλτὰν Μουράτη, ὅς τις διέτριβε περί που εἰκοσιπέντε χρόνους εἰς τὴν Ἰταλίαν μετὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ. αὕτη, ὡς λέγεται, ἦτον Γενοβαία, ὡραία εἰς ὑπερβολὴν καὶ χαρίτων πλήρης. ἰδὼν δὲ αὐτὴν ὁ σουλτάνος εἰς ἔρωτα ἦλθε, καὶ ἐγέννησεν ἀπ' αὐτὴν υἱόν, τὸν ὁποῖον Σελὶμ ὠνόμασε, κρυφίως. καὶ ἡ μὲν γυνὴ ἤθελε νὰ εἰσέλθῃ εἰς τὰ βασίλεια, καὶ εἰς τοῦτο πολλάκις τὸν βασιλέα ἐβίαζεν· ἐκεῖνος ὅμως στέλλων πρὸς αὐτὴν δῶρα πλούσια, τὴν παρήγγελλε πάντοτε νὰ φυλάττῃ τὸ γενόμενον μυστικόν· καὶ ὅταν τὸ παιδίον ἔφθασεν εἰς τὸν δωδέκατον τῆς ἡλικίας χρόνον, τὴν ἔδωσεν ἕνα μιλιόνιον φλωρία, καὶ εἰς τὴν πατρίδα της νὰ ἐπιστρέψῃ μετὰ τοῦ

terror et trepidatio eos invasit, et relictis tentoriis et carris et thesauris regiis et animalibus ipsis aufugerunt, et alii navigia intrarunt, alii in mare se proripuerunt, et demersi sunt, multi etiam invicem ut ab hostibus interfecti sunt. qui autem sunt servati, Ioanninam venerunt et adduxerunt plures quam duo milia vulneratorum, qui omnes fere mortui sunt.

Atque haec quidem tum facta sunt. anno autem 1731, mensis Iulii die 25, vespertina hora diei sabbati, Ioanninam quidam venit, qui filius esse Sultani Achmetis dicebatur et patruelis Sultani Murati, qui quidem circa 25 annos in Italia cum matre sua moratus erat. haec dicitur fuisse Genuensis, pulchra eximie et gratiarum plena, quam quidem cum vidisset sultanus, amore captus est, et ex ea filium furtim generavit, quem Selimum vocavit. mulier igitur in regiam domum venire voluit, et hanc ob rem regem saepe urgebat, ille tamen missis donis pretiosis eam omnino iussit servare mysterium, cumque puer duodecimum esset aetatis annum ingressus, mulieri dedit aureorum decies centena milia eamque iussit cum filio in patriam reverti. iuvenis autem, cum esset sagacitate et ingenio praeditus, omnem educationem liberalem recepit, et ab iis, qui ibi erant in potestate summa, dux trecentorum militum creatus est. sed tempore

υἱοῦ των τὴν ἐπρόσταξε. ὁ δὲ παῖς ἀγχίνους ὢν καὶ εὐφυὴς πᾶσαν ἐδιδάχθη παιδείαν, καὶ ὑπὸ τῶν ἐκεῖ κυβερνώντων ἄρχων τριακοσίων στρατιωτῶν ὠνομάσθη. ἀλλ' ἀτακτήσας μετὰ χρόνου ἱκανοῦ παρέλευσιν ἐφυλακώθη, καὶ μετὰ καιρὸν ἐδιώχθη ἀπὸ τὴν πόλιν. τότε καταφυγὼν ἐτρέφετο εἰς ἕνα μοναστήριον, ὅπου γνωρίσας τινὰς ἐμπόρους Ἰωαννίτας διαβαίνοντας ἐκεῖθεν ἦλθε μὲ αὐτοὺς εἰς τοὺς Κορυφούς. ἐκεῖ δὲ ἐλθὼν εἰς τοῦ στρατηγοῦ πρὸς ἐπίσκεψιν ἐκάθησεν ἀνωτέρω ἀπ' αὐτόν, καὶ ἐρωτηθεὶς ποῖος εἶναι, ὡμολόγησε πρῶτον ὅτι εἶναι υἱὸς σουλτάνου. τοῦτο ἀκούσας ὁ στρατηγὸς ἐσηκώθη καὶ τὸν ἐπροσκύνησε, καὶ τὸν ἐπαρακίνησε νὰ ὑπάγουν ὁμοῦ εἰς τὴν Βενετίαν, ὅθεν νὰ τὸν στείλῃ αὐτὸς μὲ ἔξοδά του εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, εἰς τὸ ὁποῖον ὁ νέος συγκατένευσε προθύμως.

Οἱ δὲ Ἰωαννῖται μαθόντες ταύτην τὴν ὁμολογίαν του, τὸν ἐμπόδισαν, καὶ τὸν ἔφεραν μεθ' ἑαυτῶν εἰς τὴν Σαϊάδα, ἔξοδεύοντες αὐτοί, ὅτι ἐκεῖνος ἦτον παντάπασιν ἄχρήματος, καὶ ἐκεῖθεν ἦλθον εἰς τὴν Ζέλοβαν, ὅθεν ἔγραψαν πρὸς τὸν κατὴν καὶ τὸν βέην, φανερόνοντές τους τὸ πρᾶγμα, καὶ ζητοῦντες τἀναγκαῖα φορέματα, ὅτι ὁ νέος ἦτον ἐνδυμένος στενά. ἀλλ' οὗτοι μὴ προσέξαντες παντελῶς οὐδ' ἀπεκρίθησαν· μόνον ὁ ἐπιστάτης τοῦ βέη ὑπῆγε, καὶ προσκυνήσας ἑπτάκις ἕως τὴν γῆν τοῦ ἐφίλησε τὰ ποδάρια. καὶ τὸ δειλινὸν ἀνέβη

aliquo post propter peccatum in carcerem coniectus est, et postea urbe expulsus. tum confugit et exceptus est in monasterio, ubi cum mercatores nonnullos Ioannitas cognovisset, qui per illum locum profecti sunt, cum iis in Corcyram venit, ibique cum ad ducem visendi causa venisset, ab initio consedit eo altius, et interrogatus quis esset, contendit se esse filium Sultani, quod cum audivisset dux, surrexit eumque salutavit, eique persuasit, ut secum simul Venetiam proficisceretur, unde eum suis sumtibus Constantinopolim esset traiecturus, quod libenter accepit iuvenis.

Ioannitae autem, cum cognovissent eius affirmationem, eum impediverunt et secum Säiadam duxerunt, suis sumtibus, quia ille omnino erat egenus, et inde Zelobam venerunt, unde ad magistratus, qui vocantur kadi et bey, literas miserunt, et rem iis aperientes vestes necessarias petiverunt, quia iuvenis vestibus brevioribus erat indutus. sed illi omnino hoc non curantes ne responderunt quidem, solus administrator ei magistratui, qui bey vocatur, adiunctus, ad eum venit et septies usque ad terram conversus eius pedes osculatus est, et vespertina hora equum ille ascendit, quem administrator Saiadae ei dederat, et ille advenit ut Francogallus, eumque in domum Spa-

LIBRARY

εἰς τὸ ἄλογον, τὸ ὁποῖον ὁ ἰμίνης τῆς Σαϊάδος τὸν ἔδωσε, καὶ ἦλθεν ὡς Φράγκος, καὶ τὸν ἐδέχθησαν εἰς τὸ σπῆτι τοῦ Σπαράγκη πλησίον τῆς βρύσεως εἰς τὰ μνήματα. ὅταν δὲ ἦλθον ὁ κατὴς καὶ ὁ βέης εἰς προσκύνησίν του, οὗτος ἐξαπλωμένος δὲν ἐκινήθη παντάπασιν, ἀλλὰ τοὺς ἐφοβέρισε σφοδρῶς. οὗτοι δὲ ἔγραψαν μετ' ὀλίγας ἡμέρας ἀναφορὰν πρὸς τὸν βασιλεύοντα τότε σουλτὰν Μαχμούτην. γνωρίσας δὲ ὁ βασιλεὺς ὅσα τὸν ἔγραφον, ἔστειλε καὶ ἐφόνευσαν τὸν νέον, τὴν 18 Αὐγούστου, τὴν νύκτα. οἱ δὲ ἀπεσταλμένοι λαβόντες τὴν κεφαλήν του, ἔρριψαν τὸ σῶμα εἰς τὴν λίμνην, καὶ ἐπέστρεψαν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν.

Εἰς τὰ 1735, Δεκεμβρίου 22, ὥραν 8 τῆς νυκτός, ἐπλήρωσε τὸ κοινὸν χρέος ὁ μακαρίτης Ἰωαννίνων Ἱερόθεος· εἰς δὲ τὰς 5 Ἰαννουαρίου ἐχειροτονήθη Ἰωαννίνων ὁ Γρηγόριος, γέννημα καὶ θρέμμα τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ἦλθεν εἰς τὸν αὐτοῦ θρόνον ἔτει 1736, Ἀπριλλίου 11, ἡμέρᾳ κυριακῇ. εἰσερχομένου δὲ αὐτοῦ διὰ τῶν μονοξύλων ἔδραμεν ὁ λαὸς καὶ τὸν ἐδέχθη μὲ μεγάλην πομπήν.

Τὸ αὐτὸ ἔτος ἄναψεν εἰς τὰ Ἰωάννινα θανατικὸν φοβερόν, ὥστε ἀπέθνησκαν πενῆντα καὶ ἑξῆντα, πολλάκις δὲ καὶ ὀγδοῆντα ἄνθρωποι τὴν ἡμέραν. εἰσήχθη δὲ ὁ μολυσμὸς ἀπ' ἕνα γουνάρην, Ζαμάρην ὀνομαζόμενον, ἐλθόντα ἀπὸ τὴν Βλαχίαν· καὶ διήρκεσεν ἀπὸ τὸν Φευρουάριον ἕως τοῦ ἁγίου Δημητρίου.

rangae prope fontem sepulcrorum receperuut, cum autem magistratus venirent, qui vocantur kadi et bey, ad eum salutandum, ille sese extendens omnino se non movit, sed eos maxime terruit. hi autem post paucos dies rem ad imperatorem (Sultanum) Mahometum tum regnantem retulerunt; cum autem rex, quae ei scripserant, cognovisset, homines misit, qui iuvenem interfecerunt, die 18 mensis Augusti, nocte, missi autem homines, auferentes caput, in lacum corpus deiecerunt, et Constantinopolim sunt reversi.

Anno 1735, die 22 mensis Decembris, hora octava noctis, beatus Ioanninae archiepiscopus Hierotheus naturae debitum reddidit, et die 5 mensis Ianuarii Ioanninae Gregorius creatus est, natus et educatus Constantinopoli, qui solium suum ascendit anno 1736, die 11 mensis Aprilis, dominica; cum autem liutre adveniret, populus concurrit, et eum recepit magna cum pompa.

Eodem anno Ioanninae pestis horrenda exarsit, ita ut unoquoque die morerentur quinquaginta aut sexaginta, saepe etiam octoginta homines, allata est pestilentia a pellione, Zamare, e Valachia veniente, et duravit inde a Februario usque ad diem sancti Demetrii.

Εἰς τὰ 1737 διετάχθη εἰς τὰ Ἰωάννινα φορος πενῆντα πέντε πουγκίων.

Τὸ αὐτὸ ἔτος, Μαΐου 9, πέμπτῃ τῆς ἀναλήψεως, ἔπεσεν ἀστραπὴ εἰς τὸ ἀρχοντικὸν τοῦ Μίσου, καὶ τοῦ ἔκαυσε τὸν πύργον. ἔπειτα δέ, ἐπειδὴ ἐκίνησε διὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν, ἔχων σκοπὸν νὰ παραπονεθῇ ἀπὸ τὸν Χατζῆ πάσαν, ἔστειλεν οὗτος καὶ τὸν ἐδολοφόνησαν εἰς τὸ στενὸν τοῦ Τουρνάβου μαζὶ μὲ ἕνα Μετζοβίτην, ὅπου ἔμεινεν ἄταφος ἡμέρας πέντε, καὶ ἔπειτα τὸν ἔθαψαν οἱ Κονιάροι. ἄφησε δὲ παιδία τρία, ὀνομαζόμενα Στέφανον Γεώργιον καὶ Ἀλέξιον.

Εἰς τὰ 1739, μῆνα Ἀπρίλλιον, ἀπέθανεν ὁ Ἀλῆ βεης, υἱὸς τοῦ Ἀσλάν πασα. ὁ θάνατος τούτου ἔφερεν εἰς τὴν πόλιν ταύτην μεγάλα κακά· καὶ ἔμειναν οἱ υἱοί του Σελεϊμάνης καὶ Χουσεΐνης κυβερνῶντες τὸ μουσελιμλῆκι διὰ τοῦ ἐπιστάτου των ἕως τὰς 9 Φευρουαρίου, ὅτε ἀλλάχθη ὁ πασᾶς καὶ γενόμενος νέος ὁ Ἀβδοῦλα πασας διώρισε μουσελίμην τὸν Ἀχμέτην, ἀδελφὸν τοῦ ἀποθανόντος Ἀλῆ.

Εἰς τὰ 1740, Ἰαννουαρίου 24, ἔγινε τὴν νύκτα σεισμὸς μέγας, διαρκέσας ἀπὸ τὰς ἑπτὰ ἕως τὰς ἐννέα ὥρας. ἐσείετο δὲ ἡ γῆ συγκρατούμενα ἕως δέκα φοραῖς, ὥστε ἐτρόμαξαν ὅλοι οἱ ἄνθρωποι.

Anno 1737 urbi Ioanninae vectigal quinquaginta quinque pungkiorum (pungkium i. e. quingentorum coronatorum summa) imperatum est.

Eodem anno, die 9 mensis Maii, quinto resurrectionis, fulmen in palatium Misi incidit, eiusque turrim cremavit, deinde cum Constantinopolim se verteret, ut querelas de Chatze pascha deferret, ille homines misit. qui eum et unum Mezzovitum in angustiis Turrabi dolose necaruut, ubi sepulcro carebat dies quinque, deinde eum sepeliverunt Coniari, reliquit pueros tres, Stephanum, Georgium, Alexium.

Anno 1739, mense Aprili, mortuus est Ali bey, filius Aslanis paschae, cuius quidem mors huic urbi magna mala excitavit, et relicti sunt filii eius Solimanus et Chuseines (Hussein), qui regebant Muselimliki per administratorem usque ad diem nonum mensis Februarii, cum moreretur pascha, et pascha novus factus Abdula constitueret muselimum Achmetem, fratrem mortui Ali.

